ti sunt et illū in se habēt et alijs multo mi
nus. Cuꝫ ergo nullꝰ hominū ꝑ hm̄ōi cha
racterē distinguat se vel aliū a quocunqꝫ
non potest dici ꝙ iste sit vsus vel effectus
hm̄ōi characteris vt per hoc inuicē se ho-
mines distinguant atꝫ dinoscāt. Qꝫ si dixe
rit quia ad hoc ē vt ꝑ hoc baptizati a non

Disputat hic contra errantes de charactere

baptizatis sint distincti et differẽtes ab inuicẽ. Interrogamus eum quid intelligit ꝙ isti non sint illi vł nõ sint tales quales illi tales inq̃ꝫ q̃ntũ ad baptismũ. In alijs em̃ non ꝓhibet eos esse similes characteris et hoc supuacue et erronee ponit. Idẽ em̃ ẽ ac si diceretur ꝙ character iste appositus est huic paruulo ne forte isti essent illi aut tales quales illi tantũ ad baptismũ Preterea nõne bonũ esset ꝙ similes eẽnt in baptismo si dicit ꝙ sic ergo malũ ẽ dissimulare eos vel distinguere in hoc ergo ꝑpter malũ ponitur iste character. Si vero dicit ꝙ malũ esset ipos esse similes in baptismo qua ratione malũ potiusq̃ꝫ bonũ hoc dicit. Amp̃. eque distiguit ꝓuatio int̃ eos. ꝓuatio inq̃ꝫ characteris vt ipe character. Si ergo nõ alius vsus vel fructus est huius characteris quã distinctio eque necessaria et vtilis ẽ ꝓuatio hmõi character̃ et totius sacramenti eque em̃ distinguuntur et differunt non baptisati a baptisatis ꝑ hoc ipm ꝙ non sunt baptisati vt baptisati ab illis per hmõi characterẽ differunt Q: si dixerit in patria erit necessarius character vbi omnia interiora videbuntur et hoc magis erroneũ videtur. Quia em̃ ibi erunt non baptisati qui ab inuicem dinoscẽtur et distinguẽtur ⁊ a se et ab alijs absq̃ꝫ hmõi charactere et nõ minus quaꝫ baptisati superfluet ergo character q̃ntuꝫ ad hoc. Preterea vbi omnia clarissime videbũtur que necessitas erit adiuuari ad melius dinoscendũ ab hmõi charactere.

Amp̃. Sacramẽta in via necessaria tãtũ in patria cessabunt. Ipi aũt characterẽ hmõi baptismi vocant sacramentum baptismi. Cũ autẽ dicant ꝙ hmõi character causa est gracie gratũ deo facientis duobus modis errare videntur. Primum q: non potest poni in alio genere causarum quã efficientiũ. Efficiens autẽ nõ videtur posse eẽ. Si enim efficit vt operetur ipam graciã cum omne quodcũq̃ꝫ virtus opat̃ ipm subiectũ in quo ẽ virtus hmõi sic omne quod calor opatur opatur ipm calidũ ⁊ ita ipa anima humana opabitur graciã et iusticiã in seipsa et ita iustificabit et sanctificabit se omne em̃ qđ opatur iusticiam in aliquo vel sanctitatẽ sanctificat illud sicut quod opat̃ calorẽ in aliquo calefacit istud. Amp̃. cum anima impartibilis sit accidet vel scđm idẽ sit agens et paciẽs et influens et recipiens. Cum em̃ opet̃ graciã in seipa certũ ẽ ꝙ illã et dat et recipit ⁊ simul ẽ iustificans et iustificata. Et q: ꝯtraria sunt dare et recipere ergo erunt in ipa anima scđm diuersa et hoc nõ ẽ possibile cum imptibilis sit. Si autẽ scđm idẽ erũt contraria in eodẽ simul ẜm idẽ et hoc iteꝝ impossibile. Amp̃. Om̃is opatio ꝑ se et scđm se cuiuscũq̃ꝫ virtutis ẽ scđm similitudinẽ vt calor si opetur ꝑ hoc ꝙ calor calorẽ opabitur. Si ergo character iste ꝑ se opatur nõ opabitur nisi sue speciei qualitatẽ et ita nõ opabitur nisi aliũ characterem erunt ergo due qualitates eiusdẽ speciei simul in eodẽ subiecto scđm et nunq̃ꝫ ꝑuenitur ad operationẽ gracie. Amplius ꝙ virtus aliqua agat in propriũ subiectũ vel in subiectũ simile ꝑ illam vt qđ albũ agat in se ꝑ albedinẽ vel in aliud eque albũ ꝑ albedinẽ impossibile ẽ. Nos autẽ dicim⁹ ꝙ illud qđ imp̃mitur in baptismo p̃ter graciã gratũ deo facientẽ et qđ remanet post amissionẽ ipius sanctitas quedã ẽ cuius exemplũ et figura ẽ sanctitas basilicarũ consecratarũ et vasoꝝ. Basilica em̃ consecrata quantũcunq̃ꝫ post consecrationẽ polluat̃ aut ꝓphanet̃ sancta remanet Alioquin nõ essent sacrilegi violatores inuasores et pollutores ipius. Manifestũ ẽ autẽ quia ꝯsecratio basilicarũ exemplũ ẽ et figura consecrationis seu sanctificationis baptismalis. Quare sanctitas sanctitatis sicut enim sanctitas ad sanctificationem sic sanctitas ex ipa relicta ad sanctitatem relictã ex illa a ꝓportiõe et a simili. Sicut em̃ sanctificatio basilicalis ad suã sanctitatẽ sic sanctificatio ad sanctificationeꝫ sic sanctitas ad sanctitatẽ. Et ꝓpter hoc sicut sanctificatio figura ẽ sanctificatiõis sic sanctitas sanctitatis. Et ꝓpter hoc cũ veritas immobilior sit quã figura sic post figuralem sanctificationẽ ⁊ ex illa remanet in basilicis suis sanctitas figuralis sic p⁹ veritatẽ sanctificationis in baptisatis et ex illa veritatẽ remanere necesse est sanctitatẽ. et hoc est qđ dicit Apl'us. j. ad Coꝝ. Templuꝫ dei sanctũ ẽ quod estis vos vb i dicit Augustin⁹ O pe sanctispũs in baptismo dicatũ. Unde sicut pollutio abhominatõ quantũcunq̃ꝫ execrabilis nõ aufert a sanctificata basilica sanctitatis figuram. Sic quãtacunq̃ꝫ scelerositas aut flagitiositas auferre non poterit a sanctificatis baptismo veritatẽ sanctitatis remanet ergo sanctus hmõi sanctitate quantiscunq̃ꝫ pecca

torū abbominationibus se polluat xpia-
nus. Et ꝑpter hoc spirituale sacrilegium
in semetipo ꝯmittit et templū dei violat q̊
cunq; mortali peccato se polluit xpianus
Et huic attestat̄ Apl's in. vj. pma Cor. d.
An nescitis quoniā corpa vra templū sūt
spiritussancti qui habitat in vobis et non
estis vestri. Et iterū si quis templū dei vio
lauerit disperdet illū dominus. cuiusmōi
autem sanctitas ista sit ⁊ quis eius effect⁹
ex eius figura et signo scilꝫ sanctitate basi
licali apparet queādmodū eñ ex illa san-
ctitate hoc habet vt arceātur ab ea demo
nes vt minus possint ꝯtra frequentantes
ipam scꝫ orantes psallentes et sacrificātes
in ipa et hac etiā virtute pdicta ē vt orātes
in ea facilius exaudiant̄ et gr̄a etiā deuo-
tionis facilius visitētur et illustrētur. Sic
ex ista sanctitate baptismali de qua loqui
mur debilitatur potestas demonū aduer
sus ipos baptisatos incompabiliter eniꝫ
minus potest contra ipos quā ꝯtra alios
Et deinde facilius gr̄a deuotionis illustra
tur ad orandū et ad alia bona faciēda. fa
cilius etiam gr̄a ꝯpunctionis visitantur ⁊
reuertunt̄ si lapsi fuerint ipis etiā demoni
bus magis verendi et formidabiles sunt
grauiusq; torquentur demones si eos tē
tationibus inuaserint aut si forte peccatis
polluerūt. Queādmodū de locis sacris ⁊
deo dicatis. Et ꝑpter hoc pŭilegijs immu
nitatis gaudētibus obseruatur vt graui⁹
in eorū inuasores et violatores iudicētur
Sic sanctitas ista potestate demonū. Ex
hac ergo sanctitate ista ꝑueniunt et ex ea
baptisati de sorte sunt et de pte dei appro
pati ex ꝑ sanctitatē ipam. Et hoc ē sanctifi
care domino vel dicare vl' appropriare ei
dem et in ius et in ꝓprietatem specialem
eiusdē aliquid transferre et per hoc statim
⁊ suū ipm baptisatū mundat edificat ⁊ ex
ornat repletq; donis virtutū ⁊ graciarum
nisi ꝑ ipm steterit ⁊ sanctitas hoc est signū
gr̄e gratū deo facientis. Queādmodum
anulus regius signū est doni quo quis ꝑ
eum inuestitur. aut crux posita super fasti
giū domus quod religiosa vel religiosoꝝ
sit Et queādmodū ad sigillū regiū thesau
risari⁹ seu dispensator eiusdem regni dat
dona regalia illud portātib⁹ vbi verꝝ ⁊ nō
furtiuū illud esse cognouerit. Sic dispen-
sator charismatū id ē donoꝝ et gr̄arū spi-
ritussanctus qui distribuit singulis prout
vult. sic legitur in. xij. j. ad Cor ⁊ spirat vbi
vult. sic legit̄. Johā. iij. eisdē q̄s verꝝ et nō
furtiuū sigillū vel characterē baptismalis
sanctificationis portātes viderit dona re
gis regū scꝫ plenā remissioneꝫ pctōꝝ cul
parū atq; penarum ⁊ data optima dona
q; perfecta omniū virtutū sine quibus nō
ē salus largitur. Furtiuū aūt sigillū vl' cha
racterem hmōi habent vl' deferunt q̄ spre
ta xpi ecclesia scilicet catholica ab hereticꝭ
se baptizari faciūt. Furtiuū autē sigillum
merito dicimus qȝ ꝯtra volūtatem eius
cuius ē impressum ē. Cōtra voluntatē aūt
intelligimus siue eo non sciente siue prohi
bente. Prohibiti autē sunt heretici sacra-
mēta dñica tractare vel mynistrare qa ab
ecclesia catholica dei et auctoritate excom
municati sūt et ꝓhibiti ab hijs. Nō autē
habent verū characterē hunc vel deferūt
qui nō iuxta formā in euāgelio prescriptā
et auctore deo statutā atꝫ firmatā baptizā
tur. Omquidē ē tm̄ defectio et ideo bapti
sandi sunt tanq; nō vo baptisati. Causa
autem efficiens gr̄e hmōi sanctitatis nul-
lo modo est. Nec aliquid aliud nisi deus
Sed ē habilitas ⁊ adiuuans ad graciam
obtinendam et conseruandā ex causis q̄s
diximus. Et hec ē causa ꝑpter quā nō de
bet nec etiaꝫ potest iterari baptismus. Si
eñ iteraretur impmeret̄ denuo character
eiusdē speciei aut nō impmeretur. Si nō
impmeretur non relinqueret̄ ergo hmōi
sanctitas in ipo. Quemadmodū enim nō
est sanctificatio basilice que basilitarē san
ctitatē non relinquit sic non ē sanctificatio
baptismalis que congruentē sibi sanctita
tem nō relinquit si impmeretur accideret
duas eiusdem speciei formas esse in eodē
scdm idem. Semel ergo baptismo sancti
ficato ipossibile est denuo sanctificari san
ctificatione baptismali. Nō eñ potest im
primi character baptismalis sanctificatis
hmōi iteratione. Si autē non impmitur
non est sanctificatio baptismalis. Imp
autē ⁊ cōtumelia fieret nō tam sacramen
to q̄ꝫ ei cuius est ipe baptismus sacramē-
tū. Ipa eñ vnitate ꝑpter quā dicitur vnū
baptisma in. iiij. ad Ephes. Figurat ipaꝫ
vnitatē mortis xpi que redēptioni tocius
mundi sufficit quā mortē nullo mō itera-
ri opus ē quātūcunq; increscant et multi-
plicentur peccata mundi. Et ꝑpter hoc q;
figura et veritas cōcordare debent sic vna
mors dñi saluatoris ita sit et vnū baptis-
ma. Nec ē obiectio de sacramento altaris

quia ipm nō ē illo mō sacramētū domini
ce passiōis et figura sed rememoratio. Si
quis aūt querat cum virtus irascibilis fir-
metur et muniatur sacramento proprio ⁊
speciali videlicet sacramento cōfirmatōis
⁊ ꝟtus ꝯcupiscibil' duobꝰ sacramētis. vicꝫ
sacramēto altari ⁊ sacramēto mr̄imonij vt
supra diximꝰ. cur nō silr̄ ⁊ ꝟtuti ratiōabili
ꝓuisū ē quo armet̄ et muniat̄. Respōsio
q2 sufficere debēt ei et possunt doctrina et
miracula quibus et si alie vires adiuuēt̄.
nō ꝑ modicū ꝓ illa tamē illumināda eru
diēda et in fide roborāda specialiter fuīt.
Signa eñ data sunt infidelibꝰ vt noua p̄
dicātibus crederēt quos noua facere vide
rent. Q2 si quis querat postq̄ꝫ tāta erat vti
litas et necessitas huius sacramēti. videlꝫ
baptismi cur tā diu dilatū ē. videlicet vsqꝫ
ad fines seculoꝝ ad sextā mūdi etatē. Neqꝫ
eñ verisil'e est deū omino neglexisse salutē
generis humani tot milibꝰ annoꝝ negle
xit autē si alias generi humano nō ꝓuidit
In quo licꝫ sufficiēter responderi possit di
uine voluntatis nullā penitus eē causam
cū ipa causa sit oīm et cōsilioꝝ atqꝫ iuditi
orū dei nō eē inuestigationē atqꝫ alligatā
eē omino omīpotēciā virtuti sue sacramē
ti qua libere ꝓ bn̄placito volūtatis sancti
ficat et iustificat simpl'r semꝑ quos vult et
quō vult nec vnq̄ꝫ defuisse graciā sanctifi
cationis antiquis tp̄ibus. sicut euidenter
apꝑet ex ꝓbatissime fidei hystoria scriptu
rarūqꝫ testimonijs in quibus sacrificia et
iustificationes multiplices ipoꝝ leguntur
sicut legit̄ de Abel Melchizedech et Job
qui sanctificauit filios suos ne forte in cō-
uiuijs de quibus ibidē agitur aliquo mō
se maculassent ex quibus et alie iustifica-
tiones fuisse merito intelligūtur. Rn̄deo
tamen quia quēadmodū in vno singula-
ri homine multū tempis etatis sue detur
vt multoqꝫ labore et industria indiget p̄-
parari ad sublimia sapiencie ad ꝑfectōeꝫ
ꝟtutū suscipiēdā. Sic ⁊ cōitas hoīm mul
ta eruditiōe p̄parari opus habuit multis-
qꝫ generibus operū exerceri anteq̄ꝫ ꝓfun
da fidei et sacramentoꝝ anteq̄ꝫ ꝑfectionē
euangelice sanctitatis esset apta suscipe et
hoc nō solum in tota cōmunitate huma-
ni generis sed in qualibet congregatione
et ciuitate si eam aggressi fuerimus saluta
ribus eruditionibus et sacris exercitatiōi
bus ad ꝑfectionē sanctitatis ꝑducere eos-
dē labores et difficultates expectationes-

qꝫ operū tp̄is ꝓuentusqꝫ et incremēta in
ea experiretur quasi in vnius paruuli eru
ditione atqꝫ ꝓuectione donec ad virile ro
bur et senilem maturitatē ꝑtingat. et non
aliter consulendū esse toti cōmunitati de
ꝓfectu suo et ꝑfectiōe quā vni puulo ⁊ in
vna cōmunitate hominū ad silitudinē et
ꝓportionē vniuscuiusqꝫ hominis quasi q̄
dam sex etates ꝓuentuū et incrementorū
atqꝫ defectuū est euidenter repire. quēad
modū tytus liuinus pp'lo romano hmōi
etates nō solū congruēter sed elegāter as-
signat. Q2 ergo querit̄ cur ad sacramētū
baptismi fines seculoꝝ ⁊ senectus mundi
expectata est. Idē ē ac si quereret̄ cur sub-
limibus sapiēcie et ꝑfectioni virtutū expe-
ctat̄ matura etas vicꝫ iuuētus aut senectꝰ
et non potius infancia aut puricia tradā-
tur. Manifestū ē igr̄ q2 nouissima mundi
etas siue senectus sola apta fuit et cōgru-
ens euāgelicis sacramentis. Alia eñ etas
mundi ea suscipe omino apta nō fuit cuꝫ
susceptio eorūꝫ. de qua hic agimus fides
eoꝝ sit atqꝫ credulitas. Non eñ negamꝰ
quin omi tp̄e viri sapiētes et sancti fuerint
sacramētoꝝ istoꝝ altitudinē ydonei susci-
pere vel etiā cape sed ꝯmunitas hominū
nō ante maturitatē suā ⁊ senectutē ad hec
ydonea fuit que etiā cum ei tradita sunt ⁊
indicta. tanta magnificentia et mirificen-
tia miraculoꝝ adiuta ē qua totꝰ mūdꝰ vbi
qꝫ terrarū velut fulgurās chorusca totali
ter illa hoc ē ꝭm se totā suscipe vel capere
nō potuit licet ꝓ maiori sui ꝑte ea suscepe
rit. In quo euidēter apꝑet quāta sit virtus
fidei qua ꝑ aquā siue in aqua sub inuoca
tione beate et gloriose trinitatis qs sancti
ficare se credit. Apparet inq̄ꝫ ex hoc q2 tan
ta difficultate tam longa expectatione taꝫ
multiplicibus operū exercitatiōibꝰ tantis
miraculoꝝ adiuuamētis sactorū tātis do
cumentis ⁊ exēplis vix tandē ad eā ꝑtinge
re cōmunitas hominū potuit. Deinde q̄n
ta pugna et virtuositate teneamur cōtra
suggestiones spūs blasphemie cōtra ob
murmurationes ꝓprij sensus ꝯtra dispu
tationes phylozophoꝝ ꝯ̄ iacula heretico
rū cōtra opiniones ⁊ irrisiones vulgariū
hominū cōtra blasphemias iudeorū soli
pene nouerūt q hoc vel in seipis passi sūt
vel a paciētibus didicerūt ⁊ cuꝫ fides pia
veridica et salutaris in omnibꝰ intellectū
excedat in sacramētis tamē illū nimia sua
oppssione captiuat et in quibusdā eorum

tytus liuiꝰ

Quare baptismus vsqꝫ ad nouissimum seculorum differebatur

p̄ene absorbet. et etiam sensus exteriores
euacuat sicut in sacramēto altaris. Appet
ergo euidenter ꝙ illa sola etas mūdi siue
generis humani sola congrua ⁊ apta fuit
huic tante ꝑfectionis et sublimitatis vtu-
ti que plurimū eruditionibus et alijs exer
citationibus adiuta et ꝓfecta se p̄parauerat
rat et hoc indubitāter erat senectus et faci
limū fuit ab initio et deinceps hominibꝫ
credere se muneribus et hostijs iustifica-
ri et sanctificari. iramqꝫ dei placari et hoc
ꝑ similitudinē scilicet talia videre cōsueue
rat et experiri apud homines. Reges em̄
et p̄ncipes et om̄ino maiores suos cōsue-
uerāt placare muneribus et ꝓpter hoc fa
cile inducti sunt vt talia regi regū deo ex-
hiberent et ꝑ hoc eū placari sibi sperarēt.
Nec erat virtuosum. nec magna laude di
gnū sic credere vt ipsa cōsuetudinis exper
ientia suadebat. ymo puerilis infirmitatis
erat. Nullus em̄ erat adeo eruditus cui
non esset facile sic sentire. longe autem est
ab ista puerili paruitate sublimitas fidei
sacramentoꝝ. Si quis autē querat cur er
go baptisant̄ ꝑuuli qui om̄ino incapaces
sunt hmōi fidei ⁊ q̄re de fide interrogant̄
quos certum ē in illa etate om̄ino credere
non posse. Deinde quare respondet patri
nus credo Si em̄ nomine suo dicit hoc di
cit quidem. Sed nō respondet cuꝫ de cre
dulitate eius nō fiat interrogatio. Si au
tē nomine paruuli ⁊ mentiri videtur cum
ꝑuulꝰ nō credat et supuacuū ē dicere hoc
ꝓ illo cum ille ratū hoc non habeat. In q̊
dicimus ꝙ quēadmodum ꝑuulo non cre
denti et omnino nescienti p̄stantur multa
beneficia mynisterio parentū sicut cibus ⁊
potus et vestitus et cetera q̄ educationis
sunt aut nutriture nec impedit in aliq̊ aut
repellit ista beneficia illius ignorancia vł
incredulitas. Nō em̄ ꝓpter hoc minꝰ in-
uoluitur pannis aut lauatur aut soporat̄
qꝛ ignorat ista sibi fieri. Silr̄ medicamēta
nihilominus ei adhibent̄ et sanitas acq-
ritur lꝫ sibi nesciat illa adhiberi sic ⁊ si ora
tione parentū absqꝫ medicamētis diuini
tus ei sanitas tribuat̄ si vnqꝫ ignorancia
eius aut deuotionē parentū impedit aut
bonitatē diuinā manifestū ē ꝙ nō. Quia
ergo parētes sunt spūales ipi sancti et ꝟe
mater spūalis ē ipa ecclesia sanctorū oīm
illoꝝ qui mynisterio illoꝝ siue ipius ecclie
spiritualiter generātur siue regenerāt̄ nō
obstat vllo mō nec impedire poterit igno
rancia paruuloꝝ quo minus orationibꝰ
huiusmodi parētū et matris dei bonitas
largietur eisdē et spūalis sanitatis graciā.
et alia dona quibus ipos ad vitā spiritua
lē obtinendā indigere cognoscit. Si enim
mynisterio parentū carnaliū et interdum
meritis et p̄cibus largitur dei bonitas fi-
lijs carnalibus vitā ⁊ sanitatē corꝑalem ⁊
alia tꝑalia bona qbus interdū ipaꝫ impu
gnāt quātomagis meritis et p̄cibus parē
tum spiritualiū dabit filijs spūalibus do
na quibus ipi digne et laudabiliter serui-
atur et hoc hactenꝰ dicimꝰ vt appeat igno
rantiā ꝑuuloꝝ merita et oratione sctē ma
tris ecclie in quo minus impetrēt et diuīe
bonitatis largitatē quo minus sanctitatē
baptismalē tribuat impedire nullatenus
posse. De hoc autem ꝙ querit cur interro
getur ꝑuulus de fide cum sciatur omnino
nō credere et respōdere nō posse. Idē est
ac si quereretur de pupillo cur cōuenit̄ in
iuditio cū non intelligat quid ab eo peta
tur nec sciat petitioni nullatenus rn̄dere.
In quo manifestū ē ꝙ tutor debet eū de
fendere et ꝓ ipo rn̄dere ac totā causaꝫ no
mine illius agere sicut ergo negat aut cō-
cedit noīe pupilli ipso penitus aut non in
telligente aut ignorāte ⁊ ꝓdest pupillo ꝙ
vtilit̄ ꝓ eo tutor egerit et eo penitus igno
rante aut etiā cōtradicente rebellante faci
et conditionē eius meliorē in causa quam
pro ipo agit. Sic et multo incompabiliter
fortius in causa animarū ꝙ fiet per tutorē
spūalem siue confitēdo siue negando pro
desse debebit ad lucrū spūale eidē. Am
plius. si leges humane ⁊ institutio hūana
ꝓuidit pupillis carnalibꝰ tutores et alios
adiutores ad acqsitionē ꝯseruationē ⁊ mł
titudinē mł̄tiplicationē tꝑaliū ⁊ caducorū
quanto fortius iusticia et lex diuina pupil
los spūales absqꝫ hmōi adiutoꝝ spiritua
liū ꝓuisione nō derelinquit ꝓpt̄ bonorū
spūaliū ⁊ eternoꝝ acquisitionē ꝯseruatio
nē et multiplicationē. Qꝛ ergo patrinꝰ re-
spondet credo cōfessio siue ꝓfessio fidei ē
q̄ fit nomine paruuli et obligat eū ad ob
seruationē fidei q̄ obligatio nō ē nisi meli
oratio sue cōditionis. Et dicimꝰ ꝙ ꝑuulꝰ
credit per patrinum et patrinus credit ei.
id est ad opus et comodum eius. Quem
admodum pupillus respondet per tuto-
rem. Sicut autem in iuditio post confessi
onem tutoris fertur sentencia pro pupillo
ita post ꝓfessionem fidei per immersionē

baptismalē confert et gracia baptismalis paruulo. Et quemadmoduȝ supradixim⁹ non aliter in ciuitatē vt ciuis eius efficiat aliquis admittetur nisi ciuem se velle fieri aut ꝓfiteatur. Sic in ciuitatem sanctorū in graciam baptismalem non aliter quis admittit nisi fidē q̄ ciuilitat⁹ ciuitas sacto rum est ore suo vel alieno fuerit ante confessus siue ꝓfessus. Si quis autem paruulos sanctificatiōe baptismali nullo modo indigere dixerit hic non solum de multitudine erroneorum est qui intelligibilia nō intelligunt. sed etiam de multitudine insensatorum ꝛ insensibilium qui sensibilia non sentiunt dum innatum sibi ardorem amoris ad vilia et infima carnalium ꝛ caducorum conuertit. Innatum ergo sibi gelicidium ab amore nobilium scilicet sublimium spiritualium et eternorum non sentit. Deinde suppssionem ꝛ immersionem et captiuationem nobilium viriū suarum id est intellectiue et voluntatis in corpore et corpalibus difficultatem erectionis ꝛ liberationis earundem ipo earum stupore vel potius mortificationem sentire nō preualet. Deinde errorem virtutis appetitiue atq; puersitatem ipamq; brutalitatem ẜm quam totum viuit nec videt nec aduertit. nec etiā attendit. Non em̄ asinina solum mō viuit stoliditate. sed et equina impetuositate ꝛ lupina rapacitate. et ita ꝺ aliis ex quo appet densitas tenebraruȝ originalis corruptionis que cū reuera brutalitas sit et animalitas et ex omniū immundorū viciis animalium quodāmodo composita ꝛ cōpacta horrifica mōstruositas. Nec intus viciis innumerabilibus mordens. rodens pungens et discerpens se senrire sinit nec exteri⁹ innumerabiles facies animalium coram ponens et ostendēs videri se pmittit nec tot vocib⁹ sibilis et sonis circūquaq; strepens atq; tumultuans audiri se patitur ab aliis qui adhuc ea inuoluti sunt circūdati et immersi. Mens enim humana graciam sanctificationis nōduȝ adepta nihil aliud ē nisi cadauer siue morticiniū monstruositatem quā dixim⁹ ebulliēs eiusq; monstruositatis morsus corrosiones punctiones et dilacerationes in se ipa intus paciens et foris in alios similia cum pulsatur ꝛ ꝓuocatur agens. Similiter et vocib⁹ omniū hmōi animaliū horribiliter strepens. Paruuli ergo ꝓpter originalem corruptionem indigent sanctificatione baptismalei licet erronei causam non intelligant et insensati non senciāt. et quoniam baptismali sanctificatione electi expugnato dyabolo ab eisq; electo ꝛ detracto deo acqrunt dignū ꝛ iustū ē vt quēadmodū arci et munitioni capte signū siue insignium regis capientis superimponitur signum regis regum quod est salutifere ac viuifice crucis in signium eis imponatur. Hinc est ꝙ baptisandis primuȝ in fronte signum saluatoris hoc est signū crucis imprimitur. scilicet captionis atq; expugnationis et victorie. Quod manifestum est fieri similiter expugnationibus vrbium castrorum ꝛ munitionum. Et qui hospitantur in domibus in quibus hospitaturi sunt superimponunt insignia sua vt hii qui de comitatu eorum sunt agnoscāt quo eis declinandum sit et alii illuc intrare non presumant. Sic rex celorum in eo qui baptizandus ē hospitaturus insignio armorum suorum ꝛ vexillo gloriosi sui triumphi super quo dyabolum et eius exercituȝ debellauit designiri vult id ad quod declaraturus est hospicium. Quod autē in sanctificatis habitet manifestum est ex scripture sacre testimoniis. In eternum dicit Psalmista. Exultabunt ꝛ habitabis in eis. Et Apostolus in .iii. pme ad Corinth. Nescitis quia templum dei estis ꝛ spirit⁹ dei habitat in vobis. Et in .vi. eiusdē. Nescitis q꞉ mēbra vestra templū sūt spūssancti qui in vob ē. Et iteꝝ. Glificate ꝛ portate deū i corpe vro. Et q꞉ tēplū dei ipa baptismali sactificatōe vnusquisq; elect⁹ efficit merito idē signū in ipa sanctificatiōe eidē supiponit. Et q꞉ ortus dñi ort⁹ voluptatis ꝛ pdysus deliciaꝝ eadē significatiōe q priꝰ erat desertum et solitudo infernalis efficitur merito in eo signum crucis quod ē velut formido et expauentaculū volucruȝ et bestiarum infernalium in eo erigitur et quia fit per eandem sanctificationem ciuitas iusticie et regnuȝ directionis merito in ea patibulū quod est crux ad deterrendos latrones et raptores ceterosq; malefactores in ea eleuat. Et qui iter sancte peregrinationis qua mare huius mūdi trāsitur et templum dei visitatur et in supnaȝ hierusalem iter egreditur merito primum cruce signatur. deinde omnis domus dei cruce super imposita domus dei esse vl religiosa designatur. Merito ergo baptizandus signo crucis super imposito primum

domus dei et domus religionis eē oſten-
dit cui ꝓpt hoc ſolū ſcꝫ vt domꝰ dei et do
mꝰ religiōis ſit baptiſmalꝫ ſanctificatio ad
hibet. Et quoniā nihil ſalubrius ī memo
ria poteſt hr̄e electus quilibet quā quid ex
ſeipo meruerit et quid ei miſcðia redēpto
ris retribuerit ſcilicꝫ vt cū patibulo īferna
li adiudicatꝰ eēt quāta apud deū fuerit q̄
oīa vno ſigno crucis apte ſignāt. Ueniēs
eñ ad graciā baptiſmalis ſanctificationis
quid afferat ⁊ quid ꝓꝑe ſuū ſit ipſo ſigno
crucis qđ ei p̄mo imp̄mit ſi capax ē agno-
ſcit videlꝫ ꝙ ſolū meritū patibulū ſecū af
fert. Et quia amore eiꝰ vite eiꝰ ⁊ p̄cio rex ce
loꝝ illud ꝑtulit iſtoꝝ oīm velut memoria-
le ſignū crucis fronti eiꝰ p̄mū ponit fortis
ſiquidē imp̄ſſionis ē ⁊ magne ꝑparatōis
ad graciaꝫ baptiſmalē. Nouiſſime vō vt
agnouerit eē ꝓfeſſionē ſuā ſcꝫ crucifixū et
crucifixi fidē ac legē et hāc ꝓfeſſionem nō
tāq̄ꝫ opprobriū aut contumeliā in infimo
abſcondat ſed eam in manifeſto velut ho
norē ſummū et gloriam habeat. Et iſta in
fronte notātur quā ſedē eē pudoris multi
dixerunt q̄ de ꝑtibus nudis et apparenti-
bus p̄ma ē ſic ⁊ quod de electis primū ap
parere ſeu rebellari debet ſiue oris ꝯfeſſi-
one ſiue opm ꝓfeſſiōe hoc ē ꝙ xp̄iani ſūt.
Primū eñ ⁊ maxime in opibꝰ electoꝝ ap-
parere et reuelari dꝫ ꝙ xp̄iani ſūt. De hūſ
q ſignū iſtud ymo tot xp̄ianitatis inſignia
aut omino deijciētes cōculcauerint in dei
cōtumeliā ita vt iaꝫ in eis nec ab ipis nec
ab alijs videri valeat ī ſublimi eorūꝫ aut
abolerūt penitus nullū eiꝰ in ſe veſtigiuꝫ
relinquētes. hij ſunt qui in nullo xp̄ianos
ſe exhibēt de hijs qui falſo et mendaciter
iſta ſigna deferūt qui eī in modico ⁊ in in
fimo ſui xp̄iani ſunt hoc ē ſola oris cōfeſſi
one vel ipius crucis ſola ſignatiōe quam
viā pingere conſueuerint vł quacunqꝫ ex
minimis obſuatione. ſicut ē aſſpio aque
bñdicte vel aliquid huiꝰ leue et in infimo
et nō alto ſignū crucis deferūt ⁊ eaꝫ velut
fimbrijs appenſam habent ⁊ nō in ſubli-
mi erectā abolerūt eā penitus nullū eius
veſtigiū relinquentes qui nec in minimis
eā habēt qui nec etiā in ſigno eiꝰ ſe muni
unt vel circa ſe pingūt taꝫ mēdaciter eā de
ferūt quibꝰ nullū ē ꝓpoſitū pagēde pere-
grinationis quā diximꝰ quibꝰ nullaꝫ me
moriā eorū que diximꝰ ingerit ſcꝫ quibus
nec infernale patibulū ad qđ velatis ocu
lis ducūtur nec dñice paſſionis bñficiū re
memorāt. Siłr et qui nullā iuſticiā de ma
leficis qui in terra eoꝝ habitāt faciūt q la
trones vitioꝝ ⁊ peccatoꝝ in ſeipis non iu
ſtificāt. Et generalit quicūqꝫ ꝓſtibulū cor
ruptorū infernaliū et volutabrū porcorūꝫ
ſpiritualiū id ē demonū ⁊ phana dyaboli
ca et delubra ꝑ quācūqꝫ vitiorū aut pecca
torū īmundiciā ſe ſenciūt alꝰs fecerūt. Nō
ſolū autē ridiculoſum ē in arce dyabolica
dei ſuperectū vexillum et in ꝓſtibulo dya
bolico. ymo in cloaca immūdicie ſupīpoſi
tū crucis vexillū ſed etiā deo cōtumelioſū
Quid aliud ē ſignū crucis in hominibus
peccatis expoſitis et deditis quā in proſti-
bulis ſpiritualibꝰ et cloacis. Attēde autē
ꝙ ſignū crucis p̄mū in fronte ⁊ deinde in
pectore ponitur baptiſando vt oſtēdat ſe
ꝙ in fronte pretendit foris in pectore ha-
bere ſiue in corde vel vt iſta duo ſimul inſi
nuentur eidē hoc ē xp̄i fidē et legem nō ſo
lū exteriore ꝓfeſſione ſeruare debere ſed
etiā corde vel quia crux xp̄i et iudeis ſcan-
dalū erat et gentibꝰ ſtulticia ⁊ ideo ī fron
te vt gloria et in pectore vt ſapiencia vera
pingit xp̄ianis. Siquidē pectus ſapiencie
ſedes dicit. Et frons glorie dicitur. Quē-
admodū pudoris ⁊ ignominie. Qꝛ auteꝫ
tercio in fronte ponitur baptizandis hoc
fit ad ſignaculū ⁊ cuſtodiā ſicut exp̄ſſe do
cent orationes cathecifmi. Quēadmodū
ſignari ſolent ad cuſtodiam lr̄e et thezau
ri ne quis audeat violare. Et iſta ē vna ex
cauſis ꝓpter quas imponitur ſignum cru
cis baptizandis ante vnctionē. Qꝛ autē ſi
gnū crucis de oleo vnctionis ad cathecu
minos in pectore ante et int̄ ſcapulas re-
tro baptiſando pingitur multiplicis ſigni
ficationis cauſa efficitur. Primū vt ꝑ gra
ciā baptiſmalē et ab anterioribꝰ culparū
⁊ a poſterioribꝰ penaꝝ ſanandū ſe agno
ſcat baptizādus. Culpe eñ ante ſunt ſiue
anteriores ⁊ pene poſt ſiue poſteriores or
dine iuſticie diuine et etiā nature qꝛ culpe
cauſe ſunt penarū. Secūdo quia ⁊ ī ante
rioribꝰ gratuitoꝝ ⁊ ī poſterioribꝰ natura
liū leſi ꝑ graciā baptiſmalē in vtriſqꝫ ſanā
tur. Naturalia eī p̄ora ſūt gratuitis vt fun
damētū ſuſceptibile illoꝝ. Tercio qꝛ cathe
ciſmꝰ iſtructio ē et preparatio ad baptiſmū
merito iſta. duplex vnctio duplicē grām p̄
ueniētē ⁊ p̄paratoriā ſignificat ad baptiſ-
mū ſi ⁊ impiū ē nullatenꝰ ymo piū ⁊ xp̄ia
niſſimū ē credere ꝙ ſub iſta duplici vncti-
one viſibili iſtiꝰ īuiſibilꝫ gr̄e vnctio ꝯferat

Gracia autem p̄parans siue p̄ueniens est
que eousq̃ adiuuat hominem vt ad gra-
ciam baptismalem conetur ex qua gracia
et peccata confitentur adulti baptizandi ꝛ
doctrina fidei sanctorūq̃ morum non so-
lum audiunt exterius sed etiam assensum
cordis et acquiescentiam suscipiunt interi
us Hac ergo gracia pectus sanatur intus
et adiuuatur et vt fidē suscipiat ꝛ vt spem
de gracia a baptismali obtinenda ꝛ ꝺ ve
nia peccatoꝝ p idem sacramentū pcipien
da concipiat. fides em̄ et spes tam gracie
q̃ꝫ venie p sacramentū baptismi obtinen-
darū p̄paratorie sunt ad sanctificationeꝫ
baptismalē et totū hoc significat vnctio ꝺ
pectore. Unctio v̄o inter scapulas signifi-
cat sanationem virtutis corpalis ꝛ p illaꝫ
efficit q̃ ip̄m corp⁹ ad portandū iugū dn̄i
et obediēdū sp̄ui in hijs que dei sunt cor-
pus expeditius fit atq̃ꝫ liberius. Et hoc ex
ip̄is orationibus quib⁹ oleum hmōi san
ctificatur aut benedicitur expresse haberi
potest. Utriusq̃ꝫ autē vnctio in modum ꝛ
formā crucis fit vt per crucem redemptorꝭ
siue per crucifixū. hec omnia bona obtine
ri cognoscant post immersionē autem in
aquā et eleuationem ex aqua de chrisma-
te in vertice eius signū infixe crucis pingit
Qua vnctione regem et sacerdotem se eē
factum agnoscat. Regem scilicet nō soluꝫ
regni eterni heredem sed et regem virtute
preditū vt se regaliter regat ꝛ gerat ꝛ in se
ip̄o et de ip̄o iudicium et iusticiā faciat vici
a q̃ꝫ et peccata tanq̃ꝫ latrones et raptores
ceterosq̃ꝫ maleficos spirituales viuere nō
sinat. Sacerdotē autē qui ꝓ se et alijs nō
solū laudes et orationes deo iugiter offe
rat sed etiā ꝓprij corporis hostiā viuētem
sacris exercitationibus ymolet et immacu
latorū opeꝝ sacrificia in altari fidei viuifi
ce charitatis igne semꝑ incendat. Fit aūt
vnctio ista in vertice ꝓpter eminenciā vtri
usq̃ꝫ honoris istius. Q; aūt tres cruces ari
de. primū et deinde tres cū vnctione fiūt
vel ꝓpter p̄teritas in xp̄o passiones et po
steriores glorias. sicut legitur. j. pet. j. Cru
ces em̄ sunt signa passionū et instrumēta
vnctiones vero gloriaꝝ. q; om̄is gloria re
gni et sacerdocij vnctione p̄stabatur anti
quitus et adhuc prestatur. Uel quia om̄s
cruces hoc ē omnes passiones aride erāt:
et a fructu et consolatione anteq̃ꝫ xp̄i gra-
cia eis admisceretur. Uel quia xp̄s crucifi
xus velut alabastrū omniū vngentorum
sp̄ualium ipso tp̄e sue passionis et mortis
quasi quadā sui fractione crucem pfudit ꝛ
oīm genera tormētoꝝ etiā electis suis ve-
lut oleo consolationis ꝛ exultationis con
didit. Conficit autē ex oleo oliuarū et bal
samo chrisma ꝓpter duplicē honorē quē
diximus regiū videlicet ꝛ sacerdotalem ꝛ
in oleo regia dignitas quā maxime deco
rat et ornat et clemencia seu pietas a qua
et oleum nomen habet. Oleos nāq̃ꝫ gre-
ce miscđia latine interpretatur. In balsa-
mo v̄o ꝓpter p̄eminenciā ad alios liquo
res ꝓpter odoris flagranciā sacerdotalis
dignitas figuratur. Siquidē odor sancte
deuotionis ꝛ bone opinionis suꝑ omnia
illustrāt sacerdotalē dignitatem.

Post hec loquemur de sacramēto
confirmationis de quo iam pate-
fecim⁹ in eis q̄ p̄cesserunt ꝙ ip̄m
ordinē sequitur sacramentū baptismi vbi
etiā declarauimus ꝓ parte necessitatem q̄
stabilitur ei⁹ esse ꝛ de vtilitate eius et effi-
cacia aliqua adiecimus. Nunc autē dice
mus in primis que intētio confirmatiōis
dicitur comparatione iuris. Quemadmo
dum dicitur confirmari hereditas vl' ius
aliud quodcunq̃ꝫ. Et solet hmōi cōfirma
tio vel lrīs vel verbis principis fieri sic dic
Papa vel alius prelatus electionē de tali
factam auctoritate tali confirmamus. Et
scđm hunc modū congruit intelligi cōfir
mationem ꝓut hic intendimus. ius enim
celestis hereditatis ad quod diuina voca
tione baptismali sanctificatione assūptus
ē baptisatus ei sacramento ꝯfirmationis
cōfirmat et roborat ita vt illud firmi⁹ et
imobili⁹ possideat. Tu aūt nosti ꝙ nulla
ē ip̄o iure cōfirmatio iuris quod nō habe
tur ꝛ ꝓpter hoc q iuri isti renūciauerūt vi
delicet qui arrā gracie baptismali sanctifi
catiōe pcepte a seip̄is reiicere. Qui vnctio
nē q̄ in reges et sacerdotes cōsecrati sunt
a seip̄is abolerūt ꝛ abrasarūt q signaculū
sanctitatꝭ qđ ē p̄pe imp̄ssio sp̄ussancti. sic
legit ad Ephes. ij. Nolite ꝯtristare spiritū
sanctū q̄ signati estis in die redēptionis q
in quā hoc signaculū ꝓiciūt qđ ē signum
sp̄ussancti. sic legit. ij. coꝝ. ij. ꝛ iiij. Eo ip̄o ce
lesti hereditati renūciauit. Amb̄. Qui si
gillū siue characterē baptismalē falsificāt
cui⁹ veritate tenet ius hereditatis eterne.
ꝓculdubio nolle se ōndūt ꝛ ip̄o facto nul
lū se ius hr̄e ī hereditate celesti. quēadmo
dū sigs sigillū regiū suꝑ donatione castri

vł rei alteriꝰ sibi facta et illud significaret
eoipso donationi ꝑ illud sibi facte renūci
aret et illam inutilem ⁊ irritam sibi redde
ret. Sic ⁊ isti donationem celestis heredi
tatis ī baptismo sibi factā om̄ino euacuāt
dum sigillū baptismale siue characterem
falsificāt quod ē dum veritatē sanctitatis
in qua ip̄m designat et que ip̄i subesse de-
bet cuiuscūqꝫ peccati mortalis execratio-
ne subtrahunt et diluunt. Hm̄oi ergo ho
minibus nec celestis hereditas. nec ius in
illa confirmari potest sicut iam diximus ⁊
ꝓpter hoc primū exhortandi recupare ius
istud et ꝓcurare vt eis restituatꝫ. Qđ totū
facit interna penitudo et feruēs ac firmuꝫ
ꝓpositū emendationis ad consiliū eccl'ie.
Juxta ergo intentionē istā si temporalium
hereditatū et donoꝝ tantoꝑe petitur que
ritur ⁊ ꝓcuratur cōfirmatio quātoforciꝰ ⁊
querēda et petenda ē celestis eterneqꝫ he
reditatis. Donorūqꝫ sp̄ūalium roboratio
Juxta hunc moduꝫ videtur illud dictū in
libro Regū. Confirmatus ē in regno salo
mon vt scilicet illud firmiter possideret. et
hic vel diminutis vel debilitatis hostibꝰ
vel cōsensione populi in hoc ip̄m magis
pacata magisqꝫ cōfirmata. Sic et isto sa-
cramēto debilitantꝫ ⁊ diminuūtur hostes
vt sequentibus ostendamus. Et ista cele-
stis hereditas nobis adhereret insepara
bilibꝰ. Sic ⁊ cōfirmato episcopo quasi di
minutis et debilitatis hostibus id ē cōtra
dicētibus episcopatꝰ adheret insepabili-
bus. Certū em̄ ē ꝙ cōtradictio se opponē-
tiū post confirmationē debilior ē ⁊ vt fre-
quētius numero minor. Dicitꝫ et cōfirma
tio sanctitatis iuxta aliā intentionem qua
lis est aras muroꝝ et ꝓpugnaculorū. Tu
autē nosti ꝙ tp̄e belli ecclesie cōsueuerūt ī
castellari et supedificatis turribus aut ꝓ-
pugnaculis inforciari. Si bellū tempora-
le seu materiale ꝓtuendis seu defenden-
dis tp̄alibus ad hoc nos inducit vt tēpla
materialia castra faciamus et arces quā-
tofortius bellū sp̄ūale incōparabilitꝫ peri
culosius ecclesias sp̄ūales incastellari co-
get et templa exaltari et muniri in arces.
Nō em̄ aliud ē rite baptisatus nisi tēpluꝫ
siue ecclesia dei eidē baptismali sanctifica
tione cōsecrata. Rite autē cōfirmatus nō
aliud ē recte intuētibus ac ꝟe iudicātibus
nisi ecclesia castellata et templū in arcē ex
altatū et murus cui supedificata sunt pro
pugnacula sicut legitꝫ Cāticoꝝ vltꝫ. Si mu
rus ē edificemꝰ sup eū ꝓpugnacula argē-
tea. Adiuuatꝫ aūt in ista cōꝑatione seu si-
militudine nō tm̄ ex silitudine ⁊ ꝓportiōe
sed etiā a maiori. Incastellatio em̄ ista spi
ritualis nō solū nō detrahit sanctitati seu
diminuit eū sed auget et roborat. Si aūt
queris a nobis que sit exaltatio ista in ar-
cem. Rn̄demus quia ista magnificencia
et altitudo cordis quibꝰ xp̄iani nominis
⁊ ꝓfessionis opprobria ac inimicicias ve
lut ex alto despiciens confirmatis sanctis
indignationibus et aspirationibꝰ ꝓster-
nit ei abruit quasi ab arce. Tercio mō di-
citur robur armoꝝ quēadmodū in sacra-
mento confirmationis ad robur spiritus-
sanctus siue gracia eius dare non incōue
nienter accipitur. Qꝫ si tempore sue conse
crationis coronatur rex quis dubitat qn ⁊
galeandꝰ sit tempore belli. Sicut enim re-
gem decet in ip̄a consecratione et tempo-
re pacis suscipere vel gestare coronam ad
gloriam et decorem sic necesse habet tem-
pore pugnationis et belli suscipere seu ge
stare galeam ad victoriam et defensionē.
⁊ quidem videre valentibus nihil aliud ē
rite baptisatus quam rex in vnctione siue
consecratione coronatus. nihil aliud rite
confirmatus quam rex ad prelium galea
tꝰ. Et ꝓptꝫ hoc vtriusqꝫ sacramēti signacu
lum imprimitur in capite. Sed sacramen
tum regū ac sacerdotalis honoris ꝓpter
eminencie sue altitudinem in vertice. Sa
cramentum confirmationis ꝓpter bellice
strennuitatis audaciam signatur in fron-
te. Prima enim et maxima pericula bellā
tibus imminent in fronte. sicut enim legi
tur Exodi. xxxiij. Moysi facies cornuta ap
paruisse ex consortio sermonis dei. Sic ex
virtute sacramenti istiꝰ noue virtutis cor-
nua fronti interiori confirmatis inseruntꝫ
quibus erumpent ⁊ ventilent inimicicias
⁊ opprobria xp̄iane ꝓfessionis. De quibꝰ
istud videtur dictum psal. Exaltabuntꝫ cor
nua iusti nec multum curamꝰ an cornua
an cornu dicamus in ista parte. Non em̄
solummodo pulchre siue eleganter dicitꝫ
vnicornis effectus qui sacramētum confir
mationis cuius signaculum in fronte exte
riori de chrismate pingitur cornu spiritua
le tanqꝫ rinocerontis fronti eius interiori
inseratur siquidem animali illi quod gre-
ce rinoceros latine vnicornis dicitur cor-
nu fortissimum de fronte ꝓminet. Et quo
niam contra cornua melius cornu vel cor

nibus pugnant merito contra cornua pec
catoris quibus in electos efferant cornua
spūalia electis in confirmatione addunt
Hec ergo ē differēcia inter solūmodo
baptisatos et post baptismū rite cōfirma
tos q̄ est inter animalia cornuta tanq̄ȝ er
go inermes a cornibus hm̄oi veniunt ad
manus pontificis confirmādi consignādi
qȝ fideles. Sed de sub manib⁹ eius cōfir
mati redeūt cornib⁹ armati tanq̄ȝ vnicor
nes. Cuiusmōi aūt virtutes hee sint quas
cornua spūalia nominamus in sequenti-
bus dicemus. Quarto mō robur et forti-
tudo intelligūt membroꝝ qua difficile le
sibilia sunt laboribusqȝ ꝛ onerib⁹ sustinē
dis atqȝ portādis apta ꝛ quoniā manife-
stū ē tenera ac delicata mēbra et generali
ter duris opibus om̄ino insueta fortitudi
ne et robore vestiri anteq̄ȝ mittunt ad for
cia. quis dubitet sanctitate baptismali re
generatos quasi mō genitos non statim
mittendos ad forcia certamina laboꝝ an
teq̄ȝ induant virtute ex alto qđ facere eis
cōsuenit diuina clemēcia in sacramēto cō
firmatiōis ꝓpter qđ a pascha vbi baptis
mus quondā generalit̄ celebrari solebat
in ecclesia dei nec ieiunia indicūt nec alia
laboriosa vsqȝ ad penthecostē. Ipaꝝ etiā
psalmodiarū et totius diuini seruicij ꝓli-
xitas breuiatur liber belloꝝ et certaminū
scilicet regū et paralippomenon eodē tpe
in ecclīa dei minime legūt et hec oīa post
penthecosten faciēda reſuant. Die auteȝ
pēthecostes induti sunt apl̄i virtute ex al-
to ꝛ spiritūsanctū acceperūt ad robur licȝ
alia etiā dona quā plurima et magnifica
Illi siquidē adeo firmati sunt vt nec mare
mūdi cōtra se fremēs. nec immanissimas
beluas ꝑsecutoꝝ cōtra ip̄os frendere. nul
latenus formidarēt. Nō em̄ semel tātum
datus ē spiritussanct⁹ qui fuit ad plenam
sanctificationē in baptismo. Sed etiaȝ se
cundo ad robur in die videlicet penthec̄.
Debes aūt scire qꝛ nōnullis visum ē in sa-
cramēto isto. vij. dona spiritussancti dari
que in. xj. Ysaie exꝑsse nominātur ꝛ nume
rantur videlȝ spiritū sapiencie et intellect⁹
spiritū consilij et fortitudinis spiritū scien-
cie et pietatis et spiritū timoris domini ꝓ
pter hoc autē hic opinati sunt quia orati-
one episcopali que sup confirmandos fit
expresse et nominatim dari petuntur vt vi
detur. Scđȝ istos ergo sine septē istis do-
nis non ē salus Cum in baptismo certum
sit data eis omnia esse dona et virtutes si
ne quibus non salus ē. leui autē rationa-
tione inducti sunt ad idem al's ita sencien
dū cum idem spiritussanctus sapiencie sit
sit et spiritus intellectus. Sicut dicit Apl's
ꝑmo ad Coꝝ. xij. Diuisiones operationū
sunt idem autē spiritussanctus. Quare se
ptē illa dona ibi nominant ad laudem ꝛ
gloriā spiritussancti cuius dona et opera-
tiones sunt non ad hoc vt petantur nec in
oratione vlla dicitur. Emitte in eos septeȝ
illa dona. sed emitte in eos spiritūsanctū
tuum paraclitum. Q⁊ autem sequitur spi
ritū sapiēcie et intellectus ꝛc̄. laus ē et glo
ria omnis spiritussancti vt diximus. In
terdū tamen spiritus sapiencie ipsum do
nū sapiencie cuius sedes in pectore ē signi
ficat. Contra dicit autem eis ip̄a forma sa
cramēti que in fronte sola pingitur In pe
ctore enim pingenda esset ꝓpter donū sa
piencie cuius sedes in pectore est. Contra
dicitur etiam eis et ip̄m nomen sacramē-
ti nomen scilicet confirmationis quo scili
cet non designatur nisi donum vel virtus
fortitudinis. Non enim magis sacramen
tum confirmationis q̄ȝ timorationis dicē
dum esſȝ. Si quis autem querat qui sunt
nerui et ossa siue ad similitudinem et pro
portionē neruorū et ossium in anima hu-
mana et qualiter roborantur autē vis ra
tionabilis sacramēto confirmationis. ne
vita circūferatur omni vento doctrine ne
facile ledatur argumentis hereticorum et
phylosophorū. quasi quibusdam iaculis
seu sagittis. Sic et virtus irascibilis ne fa
cile vulnaretur iniurijs. vel etiam obpro-
brijs. Sic ꝛ virtus non concupiscibilis ne
facile ledatur concupiscibilibus. lesiones
autem virtutis rationabilis sunt dubita-
tio falsa opinio incredulitas et ignorācia
in eis que credenda vel scienda sunt scđm
christianam religiouem. Lesiones autem
virtutis irascibilis sunt ire rixe ꝛc̄. Huius-
modi noxie passiones lesiones v̄o concu-
piscibilis. mali amores mala odia. mala
desideria ꝛ mala fastidia. Q⁊ si quis dixe
rit q̄ sufficit fortitudo fidei ad ꝓtegendū
ab hijs que contra fidem iaciuntur iacu-
la et sagitte sic ꝛ fortitudo castitatis ad ꝓ
tegendū ab hijs que cast tatē impugnāt
ꝛ ad hunc modum de alijs Quemadmo
dum et vicia non indigent robore ꝛ adiu
mento nouo sibi supaddito vt resistāt v̄tu
tib⁹ sȝ hec sua essencia ꝑ seip̄a facere suffi

ciunt respondere possum⁹ in hec q̄ supra responsū ē. Alia ē enim fortitudo clyppei alia fortitudo manus et brachij qua forti ter teneatur nec idem est intensio virtutis et fortitudo ipi⁹. Interdū em̄ passio rubo ris intēsior repitur aliquo natiuo rubore: non tamē fortior. nec ꝓpt̄ hoc ē difficili⁹ a subiecto mobilis. et hic vocat̄ fortitudo quedā in virtutibus scilicet difficultas se parationis que necessario aliud ē ab vna queq; virtutū. Verisimili⁹ autē ē et ipsi sa cramēto ꝯfirmatiōis magis congruēs. vt spūalis virtus et noua p ipm prestet̄ cōfir matis cōtra iniurias et opprobria ab ini micis irrogatas vel irrogādas. eo q̄ isto sacramento specialit̄ adiuuamur ⁊ muni amur ad viuendū illesi. hoc ē religiose in medio ipam religionē impugnantiū et sic supra dixim⁹ ꝓpter viuere ad alterū insti tutū ē diuinitus hmōi sacramētū. Hācer go virtutē seu hmōi virtutis alterā partē vel ramū rectissime noiare possumus san ctā in verecundiā siue impudenciā q̄ fron tem mentis in vulnerabilē et illesibileē dit a iaculis opprobrioꝝ faciens frontred vt silicē et faciē vt adamantē. sicut legit̄ in ezechi. Et eadē virtus ad laudes hūanas verecūdū efficit. vt eas vt opprobria repu tari faciat et illusiones sicut et reuera sunt recte iudicātibus et ve intelligētibus. Se cūda pars hui⁹ virtutis ⁊ quasi fm cornu fortitudo qua domus stat ꝯtra ꝓpū pon dus videlicet ne corruat p seipam hoc par tiū ligatura facit et ordinata factura. Sz vt stet cōtra impetū fluminis. aut flatū vē ti nouis fulturis et ligaturis seu alijs ami niculis adiuuāda erit. Sed elect⁹ iste qui domus dei sanctificatiōe baptismali ele ctus est. stare quidē poterit fortitudine ba ptismali contra ponderositatē ꝓpe corru ptionis de qua dicit̄ in. ix. Sap. Corp⁹ qd̄ corrūpitur aggrauat animā. Et terrena in habitatio depmit sensum multa cogitātē. Sed cōtra impetū et inmundationē ꝑse cutionū et inflatus insultationē et oppro briū absq; noue fortitudinis firmitate nō stabit. Poterit quidē stare ex fortitudie ba ptismali in loco quieto atq; pacato nō aūt in medio fluminū et ventoꝝ. Et quemad modū vestimētis a frigore et pluuia cete risq; iniurijs aeris ꝓtegi quis poterit. Nō autē a sagittis ⁊ iaculis sicut ex virtutibus baptismalibus ab hmōi tentationibus q̄ velut iniurie aeris a carne et mundo que quodāmō pluunt̄ ꝓtegi possumus. Ne quaq; autem ab hostib⁹ sed armatura ne cessaria ē queadmodū em̄ vestimēta et ar ma necessaria sunt nob̄ ⁊ arma ꝓpter cor pus sic vestimēta et arma ꝓpter animam Et queādmodū vestimēta sola nō suffici unt corpi ad sui tuitionē sed requirūtur ar ma. Sic ⁊ virtutes baptismales nō suffici unt animab⁹ nr̄is ꝓpt̄ vestiēdā ergo ani mā humanā merito ē sacramētum baptis mi. Et ꝓpt̄ eandā armandā sacramētum cōfirmationis Si quis autē robur confir mationis intellexerit amorē ipm virtutū quo nobis ipe tenatius haberet et nosipi nō improbabiliter intelliget. Tam fortis em̄ tanq̄ robustus ē vnusquisq; in virtu tibus quantū eas diligit. Attende autem quia frustra sacramento isto roborari seu confirmari querunt qui debilitates suas amant et dimittere nolunt debilitates au tem sunt egritudines et vulnera peccato rum. Similiter vincula et onera eorum. Ista em̄ sunt quattuor que roborationē si ue confirmationē secum nō paciunt̄ Pre terea sollicite et solerter exhortādi sunt ad sacramentū istud accedere volētes vt om nia ista deserant. Per hoc em̄ infirmiores sunt hostibus suis et inferiores. Per hoc cōculcantur ab hostibus p hoc calcāt ho stes super colla eorū. Qualiter aūt spera re se audeant robustos fieri cōtra hostes et tamē remanere egros vulneratos vin culatos et oneratos quasi calefieri volēs frigus continere conetur. Deinde amonē di sunt: ne hostes contra quos armari et roborari volunt ipi contra seipsos armēt et roborent. Quod vtiq; faciunt si mēbra sua arma iniquitatis peccato adhibeant addiscant etiā exemplo ante gygantes in niti ⁊ adherere a quo est eis totum robur ⁊ tota fortitudo id ē deo. Unde nec ille de ici potuit ab hercule donec a terra omīno separatus et eleuatus ē. Nec ipi vnq̄ po terunt deo adherere nisi a dyabolo sepa ti. Super omnia autem addiscant confir mari adeo querentes in seipsis infirmari cum Apostolo. ij. ad Cor. xj. Inniti em̄ sic hoc est inniti cadenti et stare non valenti Et hoc indubitāter cadere est. Inniti autē deo qui est fortitudo et firmamentum et petra. sicut legitur in psal. Hoc vtiq; stare est et subleuari ad fortitudinē. Erubescāt autem signū fortitudinis et strennuitatis in eminencia frontis deferre et in certami

nibus ignauiter agere et vento tentatio-
nis sub pedibꝰ hostiū cadere. Remiscant
se signiferos regis celorū eē ⁊ vexillū eius
in alto frontis deferre et ꝙ perditionis re
us est qui vexillū depresserit. Deinde quā
tam ꝯtumeliā regi suo irrogat signifer qui
cū ipō vexillo in ꝑtē hostiū se ꝯūit. Nullꝰ ei
cogit̃ in partē maloꝝ trāsire ⁊ a rege regū
recedere ymo quicunqȝ hoc facit sola vo-
lūtate sua hoc facit. Uoluntate em̄ peccat̃
et volūtate recte viuitur sicut dicit Augu.
vnde quāta ꝯtumelia homini regi regum
irrogatur a xp̄ianis. Cū em̄ om̄es xp̄iani si
gniferi eius sint vt diximus maior tamen
pars eoꝝ cōtra ipm̄ pugnat. Qui em̄ cum
eo nō ē cōtra ipm̄ ē vt ipe dicit in .xi. Luce.
Clamat cōtra te signū crucis clamat te ꝓ-
ditorē et reū lese maiestatis. Primū vexil-
lū qđ ꝑmo ī fronte portas clamat. clamat
inq̃ȝ clamore qui pertingit vsqȝ ad celos.
nulla vox clamosior ymo nulla vox clamo
ri illi comparabilis clamat eniȝ te signife
rum opera auteȝ te clamant hostem et ꝓ
pter ambo pariter ꝓditorem ymo nequis
simū ꝓditorē. Magna em̄ confidētia ma-
gna spe fidelitatis et strēnuitatis cōsueue
rūt cōmitti vexilla ad portandū in prelijs
Oblitus es ꝓditor dei qđ dictum ē tibi ⁊
alijs. In hoc signo vinces. Uerissime em̄
in hoc signo ꝑstatur robur ad vincēdum.
Et attende ꝙ fides et reuerēcia huiꝰ sacra
menti iam ꝓ ꝑte apud xp̄ianos perijsse vi
detur et ꝓpter hoc virtus et efficacia ipsiꝰ
Nihil em̄ amplius honoris et reuerēcie ei
relictū videt̃ nisi hoc soluȝ qđ nō ab alijs
quā a sūmis sacerdotibꝰ id ē epis dari seu
mynistrari ꝑmittitur. Ceterū q̃ȝ impiti q̃ȝ
indeuoti illud hodie suscipiāt quā turbu-
lenter irreuerēter ad illud hodie accedat̃
Ipi oculi nostri faciūt nobis fidē ꝓpt̃ qđ
nec mirū ē si virtus eiꝰ ⁊ efficacia apud hu
iusmōi hoīes aut parua sit aut nulla. In-
ē ꝙ et speciē xp̄iane religionis ⁊ signa oīa
sanctitatis ⁊ ipm̄ nomē nō solū erubescāt
sed etiā formidāt. Rarissimi ei sūt qui nō
erubescāt atȝ formidēt facere bōa aut loq
vera in ꝯspectu hominū etiā xp̄ianoꝝ. Si
cut ergo dicit apl's i. xi. i. ad coꝝ. ꝙ multi i-
becilles ⁊ dormiūt multi eo ꝙ nō diiudi-
carēt corpus dn̄i. Sic ⁊ virtꝰ ⁊ efficacia hꝰ
sacramēti pene anullata ē int̃ nos ꝓ eo ꝙ
nō diiudicat̃ id ē ꝙ debito honore ⁊ reue
rēcia iā nō tractat̃ et hoc datoribus et ꝑla
tis maxime credimꝰ imputādū quorū ma

xime est de hijs docere populos et cōmo
nere. Pingitur in isto sacramento signum
crucis in fronte confirmādi de chrismate
ꝓpter causas q̃s diximus signū crucis vt
ī crucifixo et ꝑ crucifixū sit tota spes et fidu
cia victorie cōfirmatis et vt in tentationi-
bus suis recogitet eū qui talē sustinuit cō
tra seipm̄ ꝯtradictionē sicut legit̃ in .xi. ad
Heb. vt eo in carne passo eodē cogitatiōe
armetur. Sicut legit̃ in .iii. i. ca. pet̃. Et vt
sciat se ad tormēta et ludibria missū. Siq-
dē xp̄s passus ē ꝓ nobis vobis relinquēs
exemplū vt sequamur vestigia eius vt le-
gitur .i. ca. pet̃. .ii. Ideo memoriale exem-
pli huius in eius fronte pingitur. De chri
smate ꝯo vt vtriusqȝ honoꝝ memor regū
scilicet et sacerdotalis adeo strēnue agat
ne regiū honorem deturpet ⁊ dehonestet
in lite succumbendo. Et ne sacerdotalem
sanctitatem inquinet aut ꝓphanet se exe-
crabilit̃ polluendo. vel vt memor sit p̄ris
sui regis scilicet vniuersalis et sacerdotal'
qui in cruce tam magnifice tanq̃ȝ strēnue
egit rememoratio nanqȝ ꝓbitatis pater-
ne interdū excitatiua ⁊ imitatiōis in filijs
vel vt regalit̃ se gerat in om̄ibus ꝑ iusticiā
et rectitudinē vel vt regalit̃ se gerat q̃cun-
qȝ bona facturus sacerdotalit̃ quecunqȝ
mala passurus vel vt sciat se nō solū coro
nandū vt regē sed etiā ymolandū vt sacer
dotalē hostiā cuiꝰ ꝑma hostia ipemet esse
debet. Nō em̄ recte alia oblaturꝰ ad deū
accedit qui seipum ꝑmo ymolare neglexe
rit qđ ostensum ē in Cayn et abel Gen̄. iiii.
Attende aūt ꝙ modus ⁊ forma cōueniēs
huic sacramēto ē vt ꝑmissa exhortatōe de
virtute et efficacia sacramēti istius de fide
puritate ac deuotiōe qua ad ipm̄ acceden
dū ē. Premissa etiā oratione sup cōfirmā-
dos pingitur signū crucis de chrismate in
frontibus eoꝝ. et impositis manibus sup
capita eorum dicitur eis. pax tecū. Siqui-
dem ad impositionē manuū apostolorū
solebat dari spiritussanctus et datur mō
ad impositionē manuū episcopoꝝ. Qꝫ au
tem pontifex dicit pingendo characterem
Consigno te et cruce confirmo te. Intelli-
genda ē cōsignatio vt metū icuciat demo
nibus ne ꝑsumant ingredi fontem signa-
nore quo decet illud habent. Utrum aũt
sacramentũ veri nominis et sacramẽtalis
virtutis sit si preter nuptialẽ benedictionẽ
et orationẽ qm hre potest ꝯtrahat. Uerũ
certũ est quia et sacrũ signum est et sacrãs
siue sanctificans virtute essentiali seu cõ
trarietatis vt dixim⁹. Et forsitã merito dũ
modo nuptialis benedictio nõ ꝯtemnat
sed virtutẽ sacramentalẽ omnino nõ ha
bet nec veri nominis est sacramentũ nisi
sicut diximus. Unde et matrimoniũ apð
fideles et apud infideles equoce dicitur
apud infideles eñ non ẽ nisi sicut dixim⁹
apud fideles autẽ et illo modo et insuper
sacrans benedictiõis virtute. Nã eñ pro
prie ac verorũ plene virtutis sacramẽtoꝝ.

Scða questio est circa ꝟtutem virgi
nitatis ⁊ continẽtie ꝯtra quas multi nequi
sime senserunt. Si eñ ꝓstituta fornicatio
et sodomia. belue. nature humane inimi
cissime. ⁊ fruct⁹ eius vastatrices seuissime
licet non desinit et de medio exterminan
de eo ꝙ fructificare nobilissimã arborem
hũane nature non sinunt. Idem aũt faci
unt virginitas et ꝯtinentia. ergo inimice
hũane nature sunt et de medio tollende
In quo rñdem⁹ quia virginitas et ꝯtinẽ
tia non impedimentũ aut destructionem
huius fructus querunt. sed inmanissimã
beluã imo horrendissimã voraginem car
nalis voluptatis formidãtes quã operi
generatiõis insidiari non dubitant semẽ
retinent et ab opere isto se ꝯtinent Quẽ
admodũ si agricola sciret lupum aut leo
nem et insidiari sibi et ꝓpter hoc agrum
intrare nõ auderet et semen in eo sperge
re inimicus non essent habend⁹ fecundi
tati ipsius agri. Sic virgines et casti non
inimici habendi sunt fecũditatis humãe
sed magis sibi ꝓspiciẽtes et cauti Similr
qui hmõi agricolã ne in agro tali semina
ret auerteret inimicus fecũditatis agri nul
latenus habẽdus esset sed potius amic⁹
agricole reputãdus. Cũ ergo femina sit si

Ni

cut ager humane seminatiõis ⁊ masculꝰ
sicut agricola insidiatᷣ aũt in hmõi agro
bestia fallacissima voluptatꝫ ipi agricole
ꝟginitas ⁊ continentia que hmõi agerico
lam non ab agro vel eius seminatiõe sed
a belue insidiantis faucibꝰ auertunt ami
ce agricole talis manifeste sũt nullatenꝰ
ante agri vel agricole inimice. quanꝙ̃ ⁊
sublimior plerunqꝫ ⁊ esse debeat virgini-
tatis ⁊ castitatis intentio. Qui em̃ amore
et honore celestis sponsi ⁊ ipam volupta
tem ⁊ oẽm fructum ꝓlis despicit ⁊ ne eidẽ
impedimẽto essent quo sincerius atꝫ libe-
rius amori ⁊ honori eiusdẽ vacaret decli-
nat et fugit omnia hec quodammodo ipi
ymolat. Quemadmodũ rex dauid quõ-
dam aquaꝫ cysterne quã vehementer cõ
cupiuerat volens bibere libauit domino
Sicut legitur .ij. Re. xxiij. Prostitute libi-
dinis et sodomitice abhoiationis hoies
in ipas fauces huiꝰ bestie irruũt. et in vo-
lutabrũ spurce voluptatis toto ꝑcipitiose
demergunt. non solũ de industria fructũ
declinantes. Sed etiã ipsum opus ꝙ de
buit eẽ generatiõis in turpitudinẽ detor-
quentes et ad fructũ penitus inutilem ef-
ficientes. Rñsum etiã est per hanc viam ⁊
per exemplũ premissuꝫ ad illud aliud qđ
nõnullos sarracenoꝝ in errorem induxit
Uisum em̃ est eis de masculo ad genera-
tionẽ ex complexiõe apto ꝙ seminare de
beat in omni agro hoc est in omni mulie
re fecunda dũmodo hoc possit sine iniu-
tia alterius Qđ dicunt ꝓpter mulieres q̃
maritos habẽt. Idem em̃ exemplũ belue
rñderi potest de omni agro quod de vno
respondimꝰ. Rñdemus aũt ⁊ aliud si ali
cui talentũ traditum esset ea conditiõe ꝙ
siue in eo negociaretᷣ siue non. Illud ta-
men ⁊ integrum et illesum seruare et red-
dere teneretᷣ dño suo. cũ terra autẽ nego-
ciatiõis eẽt plena latronibꝰ atꝫ raptoribꝰ
alijsqꝫ ꝑiculis inuũerꝫ. Dubiũ eẽ eẽt eidẽ
⁊ omino incertũ an lucrũ de negociatiõe
ꝓuentum esset an non. Manifestũ ẽ
quia in hoc casu tutius esset ei sup sedere
negociationẽ et duo simul pericula decli
naret videlicet ne simul operã laboris sui
ꝑderet nihil lucrans ⁊ insup creditaꝫ sibi
sortem. Iste est casus in quo sunt ꝟgines
omnes ⁊ isti; vnicuiqꝫ em̃ velut talentũ si-
bi creditũ et ꝯmissuꝫ a deo est ipsemet vꝉ
anima eius quam seruare ⁊ reddere inte
gram et illesaꝫ tenetur deo creditori. Ter

ra negociatiõis ipsa femina ẽ vt statꝰ vtẽ
di femina plenus illecebris voluptatẽ ve
lut latronibus q corda furantᷣ ⁊ alijs dif
ficultatibus a quibus non nisi fiat vio-
lentia velut violẽtissimus raptoribus ne-
mo eripitur aut euadit. Lucrũ vero huiꝰ
negociatiõis fructus est ꝓlis. negociatio
ipm opus generationis de isto lucro du-
bium aut omnino incertũ est an ꝓuentu
rum sit ex opere vel opera generationis.
Quia ergo qđ tutius magꝭ eligendũ ma
nifestum est ꝙ magis eligenda est ꝟgina
lis securitas quã coniugalis discriminosi
tas. et hoc eis potissimũ quos infirmitas
carnis ad id qđ minꝰ bonum est non im-
pellit hoc autem est qđ innuit Apl's. j. ad
Corin. vij. Qui cum vxore est solicitus est
que sunt mundi quomodo placeat vxori
et diuisus est. Qui autem sine vxore solici
tus que domini sunt. Et iterum in eodeꝫ
melius est nubere quã vri. Qui enim ar-
dent ꝯcupiscentiarũ desiderijs ne vrantᷣ
necesse habent repetere refrigerium ac re
medium nuptiarũ. Respondemꝰ autem
ad aliud quia non licet cuiquã seminare
sic nisi in agro ꝓprio. Non potest autem
fieri muliebris ager cuiusqꝫ viri proprius
nisi per matrimoniũ. Ampliꝰ. furtuꝫ
est contrectatio rei aliene inuito domino
Manifestũ autem est quia om̃is mu-
lier ⁊ om̃is vir res dei est iure plenissimo
ac singularissimo. Nõ licet ergo illis se in
uicem contrectare nisi quomodo vult et
quando dñs. Non aũt vt contrectent se
vel vtentur se inuicem nisi matrimoniali-
ter. Omnis em̃ alia ꝯtrectio deo displicit
ꝓpter sui turpitudinẽ et nocumẽtũ quod
instat humane nature. Om̃is enim alius
vsus eorum inuicem omnis alia ꝯmixtio
maris ⁊ femine aut amatoria ẽ aut meri-
tricia aut extra ordinaria quã a sodomia
non multum distinguimꝰ Iam aũt decla
rauimus turpitudines istar ꝯmixtionũ et
nocumenta que nature humane irrogãt
ꝓpter q̃s causas eas dõ displicere iaꝫ du
bium non est. Declaratũqꝫ est simul non
aliam ꝯiunctionem maris et femine deo
placere quã eam que sacramento matri-
monij ⁊ excusatur et quantũ in eo est san
ctificatur. Ampliꝰ. intuere diligenter
ipsam honestatẽ matrimonij decoremqꝫ
eius ⁊ vtilitates. Et videbis hec om̃ia ap-
tissime indicare ꝙ sola ꝯiunctio maris ⁊
femine que ſm ipm est deo placita est et

accepta nō imposita pcepto vel debito necessitatis. Sed magis indulta defectu humane infirmitatis ꝛ collerata ꝯseruatiōe fecunditatis

Tercia questio que non mediocriter mouit ꝛ mouet adhuc sapientes sarracenoꝝ ꝛ nonnullos iudeorum hoc est cū toto tempore grauiditatꝭ ppter inutilitatē seminatiōis abstinendū sit viris ab vxoribus illo em̄ tempore inutiliter seminaretur proles. Similr̄ tempore enixiōis seu purgatiōis ex partu eo qḋ piculose seminaret. Similr̄ tunc ꝓles propter periculū lepre ꝛ aliaꝝ occasionū que seminatis eodem tpe partubus aut innascuntur aut post natiuitatē accidunt. Manifestū est ad modicum temp⁹ ꝯcessum esse in vxorum ꝓpriarū vsum. Toto ergo residuo temporis necesse est ociosaꝫ esse vim generatiuā in eis ꝛ incōtinentie patere piculis nisi multitudine vxorū quēadmodum ꝛ multitudo agrorū vt quemadmoduꝫ seminato vno agro seminatur alius et non est ociosus agricola. Sic et vna pregnata impregnetur ꝛ alia nec sit ociosus vir qui est in parte ista velut nature quidā agricula. Similr̄ ꝛ dum vnus ager ad suscipiendū semen preparatur et ad seminandū nondum aptus ē seminetur qui ad seminandum ꝑparatus ē. Preparatur aūt mulier ad suscipiendū semē ꝛ fouendū atqꝫ ꝯcipiendum purgatione menstruali. In quo respondem⁹ eis qꝛ frenanda est ꝯcupiscentia carnis ꝛ moderanda ꝓpter pericula spūalia que supra tetigimus ꝛ ꝓpter spirituale bonum continentie. Similr̄ quod expssim⁹ Moderāda ē etiā ꝓpter proleꝫ que ꝓpter hoc nascitur vberior robustior ꝛ modis omnib⁹ laudabilior. Ipa em̄ frequentia hmōi seminatiōis semen hūane generatiōis diminuit tā substantia quā virtute. Non ē ergo ociosus agricula qui de ocio suo tot fructus spūales ꝛ ipsum corpalem laudabiliorē colligit ꝛ reportat fructū. Nec negam⁹ incōtinētie semp imminere picula maribus et feminis q̄diu feruet concupiscentia Sed ea habere scimus mr̄imonij fortissima ꝓsidia que mr̄imonio debitā reuerentiā ꝯuauerunt ꝛ honorē. Nec dubitam⁹ vllaten⁹ illis adeē ꝛ presto eē diuie gratie ꝛ virtutꝭ auxilia. qui ꝓpter dei honorem ꝛ gloriā contra carnis illecebras ꝛ desideria statuerint ꝛ studuerit pugnare

Hee aūt cause multo forti⁹ cogerent supplendum esse mulieribus viroꝝ defectū cum ipe magis pateant incōtinentie periculis vtpote infirmiores hac parte et concupiscentie vehemētiorꝭ. Uiro em̄ egritudine detento aut in negociatiōe in remotis partib⁹ occupato. aut alijs de causis ad tempus a cohabitatiōe corpis vxoris ꝓhibito prouidēd⁹ erit vir alius vxori ne ager illo ipe sit ociosus ꝛ ne ipsa vxor incōtinentie pateat piculis qḋ est manifestum inconueniens.

Quartam q̄stionem nobis p multa exempla pr̄iacharum ꝛ regum sanctorū sicut Abrahe iacob ꝛ dauid qui om̄es multitudinē vxorum leguntur habuisse ꝛ insuper etiā iacob ꝛ dauid ꝯcubinas nec ꝓpter hoc nomē sanctitatꝭ amisisse. Multitudinem etiā vxorum apꝓbare videtur vetus lex expsse sicut in libello repudij. In quo rn̄dendū est viros spū dei ꝑditos nihil temeri⁹ nihil absqꝫ dei consilio ꝛ reuelatione in rebus tā discriminosis egisse ꝛ deū ex certa causa aliquid vltra ꝯmunem legē indulsisse. Sciebat em̄ eos velle portare onera multitudinis mr̄imoniorū vt large vtamur vocabulo matrimonij. Sciebat eos seruare fidem multis vxoribus magis quā vnū ex hominib⁹ nostri tpis vni soli vxori. Sciebat ꝛ eos speciositate vxorū ꝛ multitudie ea tpantia vti velle qua ꝓpagande proli ꝛ non carnis voluptati inseruirent. Quēadmodū ergo indulsit eis diuicias ꝛ gloriam qbus vtēntur cū modestia ꝛ humilitate. Sic multitudinē vxoꝝ ac speciositatem quibus vti nouerūt cum tpantia ꝛ castitate. absqꝫ iniqtate tamen ꝛ iniuria alteri⁹ potuit omnipotēs deus statutor legis mr̄imonialis ꝯtra legem illā dispēsare cum qbus voluit ꝛ illi derogare qualr̄ voluit ꝛ ꝑuilegiare in parte ista ꝛ eximere ab huius seruitute quos voluit maxime qui hūilis ꝛ sanctius ꝑuilegio libertatis istius vti nossent. quā nos sciamus vinculo seruitutis. Rectius aūt dicitur sanctos pr̄es vxoꝝ multitudinē suscepisse quā duxisse. vt potius hoc eis factū siue de eis diuino cōsilio vel mandato quā ipos illud fecisse. Cui em̄ videri potest viros sanctitate ꝛ grā eminētissimos timore dī plenissimos nuptiaꝝ multitudine nō tā lasciuire voluisse quā eē seipos libidini ꝓstituisse. Uerisile etiā est ꝛ modis oibus fide di

gnū eos ✠i ac viui dei cultū ⁊ religiōꝫ am
pliare ac dilatare voluisse. ac ꝓ virib⁹ stu
duisse Qui cū doctrina et exēplis ꝑtinaci ⁊
rebellione ydolatrarum ⁊ ꝑuersitate cor-
ruptionis facere impedirent et ꝓhiberē-
tur prudenti consilio genus suū multipli-
care elegerunt. vt saltem in suis vere reli-
gionis inuenirēt susceptionē facilem. quā
alieni cōtumatia inuincibili respuebant
Non enim ignorabant spiritu dei docti
homines filios ad imitationē patrum na
turaliter pronos esse et ad eorundem do
ctrinam capiendam atqꝫ tenendā facilio-
res difficilius auersibiles ab eisdem. No
uerat quid virtutis habeat ⁊ efficatie ge-
neris seu cognationis amor quam forti-
ter natura impsserit vniuersorū ⁊ singulo
rum cordibus credendum esse patribus
et parendum. Quare manifestū est intel-
ligentibus eo ꝓfundissimo sapientie cō-
silio hos fuisse in parte ipsa quo ipius na
ture consilium contra tenebras errorum
impietatis cōtra vesaniam ydolatrie cō-
traqꝫ totius hūane corruptionis ꝑuersita
tem ⁊ neqtiam aduocarent. Et vis gene-
ratiua corpis virtutem generatiuā spūalē
sicut reuera dignū ⁊ iustum est adiuuaret
gratieqꝫ natura seruiret. Vinculisqꝫ neces
situdinū hoc est cognationū et affinitatū
⁊ retraherentur ab vtraqꝫ morte sanctoꝝ
filij ⁊ retraherentur ad vitā secureqꝫ ⁊ abs
qꝫ ꝑiculo ⁊ generarent et nascerentur q̄s
parentum ⁊ religio nascentes accipet. sa-
lutarisqꝫ doctrine viuificoꝝ exemplorum
presidijs ab vtraqꝫ hoc est natiua ⁊ aqsi-
tam corruptione seruaret Tales ergo me
rito decuit et etiam oportuit filios non so
lum generare sed etiā generationi eorum
multitudine vxorū multiplicare qui eos
non morti gingnerent nec mortis pabulū
efficerēt. sed vite natos statim traderēt vi-
teqꝫ erudiendo ⁊ instituēdo seruarēt. Ce-
teri hominū quemadmodū querc⁹ silua
rum porcis infernalib⁹ fructificabāt ⁊ de
ipsis ventribus matꝝ ipsi fructus liberoꝝ
nullo pietatis presidio excepti siue ꝓiecti
infan tes porcoꝝ infernalium quemad-
modum poma putrida cadebant potuit
autē esse in aliquo tempe maior erit mul-
titudo mulierū in populo dei quā virorū
Et ideo necesse fuit vnum virū multas du
cere ne cum ipe mulieres cōtinere vel nō
possent victe concupiscentia. vel non vel
lent amore posteritatis an forsitan volu-
ptatis ista occasione viris se ydolatris co
pularēt sicqꝫ facte sb potestate eoꝝ adeo
auerse ad ydolatriam se transferrent. po-
tuit et esse illa infirmitas viroꝝ tunc tem-
poris cum nec erant eruditi nec in vera re
ligione firmati vt multitudinē vxoꝝ emu
lantes ydolatris. Sicut et multi multitu-
dine diuiciaꝝ eos ex hoc bonos ⁊ se mise
ros reputarent. Non em̄ minor fuit vxo-
rum ꝯcupiscentia abinitio quā diuitiarū
cupiditas nec minus habuit emulatiōis
Maxime viris aut in luxuria aut inter lu
xuriosos emitteris. Adeo enim exarsit sꝑ
in hominibus illis hoc est transmarinis
concupiscentie incendium vt magna mul
titudo eorum nec etiam vxorū multitudi-
ne voluerit esse contenta quantacūqꝫ spe
ciositate pollerent quin etiam in mares ⁊
bruta animalia ceca libidine insanirent.
Quid ergo facerēt tam flagiciosi viri si ad
singularia hoc est ad singulariū vxorum
matrimonia artarent. Ql aūt pestis ista
in isto populo iudeoꝝ inualuerit expresse
apparet. xxix. Judicuꝫ vbi vix filij benia-
myn parentes leuite vxorē eius nepharia
abusione suffocauerūt. Ut ergo ⁊ ꝑiculo
ydolatrie. et flagiciositati sodomitice et
emulationi insipiētie occurreret vt cultus
dei q alienigenas nō poterat in filijs sal-
tē sanctoꝝ ꝓpagaret multitudo vxoꝝ aut
tollerata ē. ne deteriora scꝫ vt diximus fie
rent. aut suscepta diuio ꝯsilio vt gens san
ctoꝝ multiplicaret ⁊ diuini cultus religio
dilataret Quātus em̄ honor sancte poste
ritatis sanctis mulierib⁹ antiqtus fuerit
euidenter ōndit sara que virum sanctū et
sanctoꝝ prem abrahā ingredi sua sit vl' po
tius coegit ad ancillā suaꝫ agar. Sicut le
gitur Gen̄. xvj. Eodē modo ⁊ filie Loth q̄
patri suo dormienti ꝯmixte sunt vt vel sic
generis sui semen quodam totius hūani
generis qđ subuersiōe sodomoꝝ timebāt
quā in eis cum erat seruarent atqꝫ salua-
rent. Viris ergo ꝑfectis alia fuit causa vt
dixim⁹ multitudinis vxorū alia lasciuiēti
bus. alia deteriora timētib⁹ ⁊ hoc ꝑcipue
mōo adhuc in dei noticia ⁊ cultura noui-
cio ⁊ nudi peneqꝫ lamētario. Veꝝ ꝑfectio
nis euāgelio siue lacius ⁊ copiosi⁹ radiā
te oīa hec abrogata sunt ⁊ auctoritate di-
uina interdicta. Sic legit mat. xix. ⁊ luce
xvj. Ubi ipa ✠itas ore suo sacratissimo vt

oꝝ multitudinē imo et qualitatē ꝓhibuit ꝛ sepatione ꝛ excepta sola cā fornicatiōis interdixit. Sequitur.

De diuorcijs autem ꝛ repudijs quā iniq atq; immisericorditer iudei ꝛ sarraceni et sentiant et agant faci le est fieri manifestum. Lex enim de repu dijs q̄ legitur Deut. xxiiij. ꝑmissio fuit nō preceptio obduritiā cordis iudeorum vt cūq; tollerata hoc est lege non vindicata Nunc ipsa veritas testata est eisdē. Ma thei. xix. Ne enim in vxores quotiēscūq; eis displiceret grassarentur ad mortem. su stinendum repudiū id est sine vltione pte reundum et non tanquā adulterium vin dicandum dixit domin?. Jam aūt decla rauim? matrimoniū ius esse perpetuū et vinculū indissolubile vbi ex eis causas q̄s supra nominauim? videlicet si forsitan ea bona vel bonū istud potissimū ꝓpter qd̄ maxime institutū est id est matrimoniū spirituale impungnauerit. Causam vero fornicationis non solū prudenter sed etiā iuste ipā dei sapiētia que xp̄us dominus est in. xix. Mathei adiecit duab? de cau sis. Qui em̄ fidē non seruauit thori marita lis vt ei seruet indignum se merito reddit ꝛ ius thori quod polluit iustissime amisit Deinde ne viri ipius hereditas que iure successionis ad cognatos eius atq; ꝓpin quos ptinet transeat ad adulteros hoc ē ad filios ex vxoris adulterio genitos. Ter tia etiā causa esse potuit. Zelus viroꝝ q maxime excandescere cōsueuit in vxores ꝓpter adulteriū. vt ergo ꝛ viris a morte spūali quā incurrerent vxores occidēdo et vxorib? a morte corporali p timorē di uorcij a morte spūali in quā fornicantes inciderēt. Sunt forsitā ꝛ alie ꝛ lrales ꝛ spi rituales q̄s nos industria ptrāsim? Si er go fornicata fuerit vxor alicui? vel innu pta maneat vel viro suo recōciliari ꝓcu ret Sciendū tn̄ est q̄ ex hac causa nō con sueuit diuorciū celebrari ꝓpter fragilitatē tempoꝝ nr̄oꝝ. vix ne viri cū mulieribus se polluāt ꝛ mulieres amplius fornicent. Et q2 ista causa. que ad fortius astringen da matrimonia introducta sunt ea intol labiliter dissoluent ad omnē pene discor diam que inter vires ꝛ vxores suboriretur ꝛ quotienscūq; vel viro vxor. vel vxori vir alius plus placeret non solum fornicare tur vxor. sed etiam viroꝝ malignitas for nicationem ꝓcuraret vxorum. ꝛ sic maior pars matrimonioꝝ ꝓculdubio solueret. Salubrius ergo ꝓcurat reconciliationē ecclesia sustinet q̄ adultera ad temp? su spendatur a thoro maritali vt ista vltione ꝛ ipsa erubescens hūilietur. atq; penitcat ꝛ ira mariti quiescat. Nisi forsitan simili culpa fornicationis se maritus inuoluat. Tūc em̄ ei nō licet in vxore punire qd̄ ipe noscit ꝯmisisse. Sed de hoc iam iura edi ta sunt et ecclesiastica statuta. Si quis aūt querat cur viro solo fornicante discedere vxori ab ipo non liceat Inpromptu r̄nsio ē quia nec illa pericula litteralia neq; spi ritualia sunt que hec cogant ꝛ muliebris leuitas sub potestate viri potius cohercē da est ac frenanda quā paritatis in viruꝫ audatia indulgēda. Q̄ aūt ex eis causis quas ipi sufficiētes ad hoc reputāt diuor cia eē non debeāt manifestū facim? hijs rationib?. Prima em̄ eorum est odiū vel ira ex q̄bus timet mors vxoris. Scd̄a te ditas qualis est lepra vel iugis mēstruosi tas hoc est menstruorū fluxus irrefragibi lis. Tertia deformitas Quarta sterilitas Quāq; istarum dicunt sarraceni sufficere ad matrimoniū dissoluendū et ex vnaq̄q; licere viro ad alia vota se transferre. Q̄ si verum est licebit idipsum ꝛ mulieri bus ex necessitate. cum non minus consu lendum sit eis quā viris et longe magl in digeat hmōi subsidijs. Amplius. si postq̄ aliquot annis eam habuerit vir le prosa efficiatur mulier aut deformis lice bit secundū hoc viro eam derelinquere. Certum autē est q̄ cum leprosa vel defor mis effecta est magis eget solatio mariti proprij. vtpote cui ꝓpter deformitatē aut lepram precisa est omnis spes aliarum nuptiarum. Amplius. cōsensus quo inuicem consentiūt mas et femina. q̄diu durabit mulieris speciositas sanitas atq; fecunditas cōsensus amatorius est tantū siue cōcubinari? aut fornicarius sicut ostē dimus. Quare qui sic cōueniunt cōcubi narie tantū seu amatorie conueniūt. Nō est ergo inter eos nisi ꝯcubinat? aut ama toria turpitudo nō solum dissoluēdi sed nec ad horam etiā sustinēdi. Nihil ergo ad matrimoniū de hijs Non enim refert q̄ntuꝫ ad mr̄ioniū qd inter ꝯcubinarios aut amatores agat neq; nos de hijs hic intēdim? Cōsens? aūt inꝑpetuū ꝛ indissolu

bilem societatem maris et femine solus
matrimonialis est. Hmōi autem consen
sus manifeste prohibet diuortia faciēda
esse hmōi enim consensu ius ppetuū alte
ri alter in seipō dedit. ⁊ adseruādā inuicē
societatē indissolubilē seu indiuiduam se
mutuo cōiuges obstruxerūt. Mani-
festū ergo alterū alteri ius illud auferre
non posse ⁊ societatē que auctoritate diui
na firmata est dissolui p hoiem nō licere.
Amp̄. qꝛ hunc amorē sola pepit lasci-
uia et non iusticia manifestū est iusticie si
quidem pars est altera pietas contra pie
tatem aūt euidenter ē vt ꝓpter miseriam
mulier deseratur cū ꝓpter ipam miseriā
miserendū sit ipsius ⁊ intentio pietatꝭ ꝓ-
pria finisqꝫ ipsius sit miseriā tollere ⁊ leni
re. Amp̄. quis p septimanā vnam ha
bebit vxorem. per pauci quidē atqꝫ rarissi
mi cū tam facilis sit vxorū desertio ⁊ hu
iusmodi cause deuortioꝝ in maiori parte
maritatarū inueniantur. Paucissime nā-
qꝫ sunt que nō sunt menstruose aut lepro
se aut deformes aut odiose sint maritis
suis. Amp̄. quid restabit secundū hoc
viris iracūdis ⁊ ad odij passionē abilibꝰ
nisi multitudine mulierū vnam post aliā
polluere. ⁊ nuptias septimanis singulis
innouare cū nulla inueniri possit cū qua
valeant in pace et ɔcordia diebus paucis
simis habitare. Amp̄. fm hoc non erit
mr̄imoniū nisi ptentatio et quasi ꝓbatio
feminaꝝ. Amp̄ . quā inique quā impie
agatꝛ p ista diuortia cōtra mulieres qs nō
videat. Potest ei odio hr̄i mulier sine cul
pa sua ⁊ ita postqꝫ deflorata fuerit a viro
⁊ etiam grauidata dimittetꝛ a viro vilifi-
cata simul et onerata cetérisqꝫ viris despi
cabilis effectu ⁊ hoc totum sine culpa sua
Quare iniqꝫ neqꝫ hmōi desertor aufert
ei seipm̄ solū. Sed etiam oīes alios vi-
ros quantū in eo est dum talem eam effi
cit talemqꝫ dimittit vt inde possit oīibꝰ
viris alijs displicere. Jam ergo apparet
ex hijs que diximus necessitas mr̄imonij
quā coegit infirmitas et vtilitas ipsius q̄
nature hūane seruatꝛ fecūditas. ⁊ emien-
tia virginitatꝭ ⁊ castitatis q̈ non tam vin-
citur infirmitas q̈ etiā fragrantissime sua
uitatis sacrificio ⁊ ymolatꝛ deo carnis vo
luptas et offertur quodāmodo ipsa que
nascitura videbatur posteritas. et obtine
tur ab immanissime beluevoracitate secu
ritas. Elucescit etiam ex hijs statutorū ec-
clesiasticoꝝ circa matrimoniū rationabi-
litas vt enim matrimonio spūali liberiꝰ
vacetur vt spūali copule artius inseruiatꝛ
vt spiritualis fecunditas vberius ꝓpage
tur. matrimonio carnali quod nō est nisi
ꝓpter spirituale quantū ad vsū corpora
lis ɔmixtionis. vel ad tempꝰ vel ppetuo.
ex cōsensu tamē mutuo coniugū derogā-
dum est sicut docet. Apl's in. vij. p̄me ad
Corinthi. dicens. Iterum aūt ex cōsensu
causa orationis. Propter hoc fideles cō-
iuges sacre obseruatiōis diebꝰ causa de-
uotionis ⁊ orationis ab amplexibꝰ carna
libus abstinent ex consensu. aut si non ti-
met carnalis infirmitatꝭ periculum etiā
continentie voto perpetuo se astringunt.
etiam tanto verius tantoqꝫ pfectius ma-
trimonij carnalis fidē mutuo sibi seruan-
tes. quantū ad obseruāda mr̄imonij spi-
ritualis iura cui carnali militare totaliter
debent fortius se astringūt. Non enī de
substantia matrimonij est nec de necessi-
tate matrimonialis societatꝭ ɔmixtio cor
poralis. Sed potius medicamentū infir-
mitatis. et exceptoriū humane ruinosita-
tis. ⁊ āminiculū conseruatoriū ipsius quā
diximus societatis. atqꝫ naturalis fecun-
ditatis ⁊ hoc qdem finem tractatꝰ istius
faciemus.

Post hec aūt de sacramento ordi-
nis quod sexto loco superius ordi
nauimꝰ eo qꝛ posuimus instituto
hoc ē p viā ꝓbationū ⁊ detestationū tra
ctare tenptabimꝰ. Primū stabiliētes ipi-
ɔ̄entia stabilitatiōe ap ꝓpriata ⁊ spāli. De-
ind nūerꝝ ordinū Tertio opatiōes ⁊ ṽtu
tes quibus ab hereticis vsqꝫ in sanissima
cecitate ac ptinatia cōtradicitur. Dicemꝰ
ergo in p̄mis qꝛ sanctificatio est inter ope
ra que ministerio hominū exercentur no-
bilissima atqꝫ precipua. Necessario ergo
specialē ac ꝓprium oportet eius ministrū
approbatosqꝫ habere ministros. Si eniꝫ
mistratio panis ⁊ vini ceterorūqꝫ carnali
um et tempaliū in omni domo perfecte
dispositionis p deputatos sibi ministros
ad ministretur. Quanto fortius in rebus
spūalibus solicitudo ista ⁊ diligentia ad
hibenda est ne confusio scꝫ aut indecētia
ministrorum nō solum defectum et imp-
fectionē sed etiā periculum pariat spūale.
Amp̄. cū gratia sanctificationis mini-
stretur per hoies hominibus nonū autē
misterio discretio certa sit inter mistros

⁊ eos quibus ministratur ymo velut op-
positio quedaꝫ est inter ipsos ministrare
enim et ministrari opposita sunt. Sic mi-
nistros et mistratus. Quare alios opꝫ eē
mistrātes ⁊ alios mistratos in misterio sā
ctificationis. Neccario ḡ instituēdi sunt in
domo dei magna q̄ eccīa ⁊ tēplū eiꝰ est q̄
min isterio sanctificatiōis specialiter ⁊ ap
ꝓprietate deseruiant. ¶ Amp̄. ipsum mi-
sterium sanctificatiōis sanctum ē ymo sā
tissimū ad sancta vero vel sanctissima ne
minē phas est vnquā ingredi nisi aliqua
ꝑsignificatiōe preparatū. Necesse ergo ē
ad ministeriū sanctificationis ingredien
tes ꝑsanctificari ⁊ ꝑsacrari. Si āt sacratio
nccaria ē ⁊ sacramentū ꝑter ꝯmune ergo
gratiam sanctificationis qua oēs fideles
sancti sunt. Necessaria ē specialis gratia
et sanctitas qua ꝯmuniter gratia ⁊ sancti
tas ministrent. ¶ Amp̄. quia domꝰ dei
reuera domus ē necessario hꝫ hostiarios
⁊ custodes ⁊ sacruꝫ auditoriū est ⁊ vbi di
mādata atꝫ iudicia ceteraqꝫ viteverba iu
giter recitanda ⁊ audiēda sunt ad dei lau
dem ⁊ gloriā et auditorū coniūctionē ne-
cessario habet libros huius scꝑturaruꝫ et
lectores ⁊ recitatores sanctissimorꝫ vborꝫ
Et quia templū dei est vbi sacra lumina-
ria attendēda sunt ac ꝑferenda sacris mi-
nisterio necessario habꝫ acholitos seu ce
roferarios qui sacris luminaribꝰ attēdē-
dis ⁊ ꝑferēdis officio apꝓpriatio discernāt
Et quia peccatis exigentibꝰ maligni spi-
ritus interdū corꝑa hominū obsidēt mul-
tiplicique vexatiōe infestant necessario hꝫ
eccīa dei spiritualis gratie fuuos atqꝫ mi
nistros q̄ officij sui potestati demōes ab
hmōi inuasione cohercea nt ⁊ a corpora-
libus obsessis abijciāt. Et hij sunt q̄s gra
noiotionis dicimꝰ exorciscas. ¶ Amp̄. qꝛ
necessario habet deus sacrificiū siue san-
ctuariū visibile hoc est templū cultui eius
⁊ honori dedicatū et consecratū. Habet
necessario et vasa cultus eius ministerio
sanctificata. Qua ꝓpt̄ necesse est vt ⁊ ha
beat ministros templi istius cultui ⁊ mini
sterio deputatos et cōsecratos. Generali
siquidē cultui diuino qui non est nisi reli-
giosa ac sancta vita vocare potest cōmu-
nitas hominū ⁊ solicitudinē gerere suorū
exteriorū seu temporaliū cultui isti specia
li qui deo in templo suo visibili inuisibili
ter impendit̄ qui assiduitatē diei et noctꝭ
requirit intendere non potuit nec potest

ꝯmunitas hominū Quare necesse ē ip̄m
cultum ministros habere determinatos
⁊ ꝓpꝛios qui eiꝰ solū generāt solicitudinē ⁊
ab alijs seorsum se faciāt. Hij ergo qui in
sacris siue sanctis die noctuqꝫ versari ha
bent necesse est vt ꝑter ꝯmunis necessita-
tis gratiam quā cum omnibꝰ electis com
munem habere debent. sanctificatione
congruēti siue officijs cōsecrent̄. Si eñ tē
plum ⁊ vasa ipsius ꝓpter dei honorem ⁊
cultum dedicāda ⁊ sanctificanda sunt vt
in eis ipsi reuerētius honorificētius ⁊ san
ctius seruiatur. Quanto fortius ipsi mini-
stri ad hoc deputati sanctificatiōe apꝓpri-
ata consecrādi erunt incōparabiliter eñ
plus ꝑtinet ad ministros ministerij sancti
taꝫ q̄ꝫ ad templum vt vasa ipiꝰ ¶ Amp̄.
ipse cultus templi atqꝫ seruitiū medius ē
ymo meditatorius inter ip̄m deuꝫ cui im-
penditur ⁊ cōmunem religiose ac sancte
conuersationis cultū. Sic ⁊ ministri ipiꝰ
ex necessitate medij sunt ⁊ mediatores in
ter deū et alios ipsius cultores. Quare ḡ
du officij et seruiendi ministerio ꝓpinq̄o
res et vt ita dicamꝰ ceterorū hominū nō
solum internūcij ad deum. sed etiam in-
troductores. Sicut ergo in eo q̄ homies
et cōmunis religionis honorificētiaꝫ dei
cultores necessariā habent communem
gratiā sanctitatꝭ. Sic in eo q̄ ministri spe
ciales ipsius diuini cultus spālis hoc est
specialiter eidem visibiliter in huiꝰ tēplo
visibili impenditur necessariā habet spe-
cialem gratiaꝫ sanctitatꝭ qua huic cultui
et ministerio specialiter dedicentur ⁊ ap-
ꝓprientur. Quare dedicandi ⁊ consecran-
di sunt dedicatiōe ⁊ cōsecrationē seu san
tificatiōe speciali ⁊ suis officijs apꝓpriata
⁊ omni consecratiōe seu sanctificatiōe spi
ciali aut sanctitas vna aut due impmun-
tur sicut sup̄ra intractatu baptismi osten-
dimus Necesse est diuinorꝫ officiorum sa
criqꝫ cultus ministros sanctitate vna con-
gruenti suis officijs sanctos Alioquin ad
exercenda ipsa officia nullatenꝰ admittē-
dos. Congruit autē vt digne et laudabi-
liter ministrent eisdem sancte sanctitatis
gratia que deo gratum et placitum facit.
Aliud aūt ē indigne ministrare indigne-
qꝫ exequi susceptum officiū vel ministeriū
aliud alienū penitꝰ vsurpare. Qui enim
assumpti nō sunt ac deputati ꝯsecratiqꝫ ⁊
apꝓpriati sacrꝭ officijs ⁊ ea exeq̄ attētāt vꝫ
agrediūt̄ alienū officiū ibi vsurpare ꝑsū-

mit. Quia ꝟo ꝯgruenti consecratiōe ad
hoc dedicati sunt ꝛ assumpti licꝫ peccatis
ꝛ vicijs polluti ministrēt in suis officijs ꝙ
suum est vtiqꝫ faciunt licet irreuerenter ꝛ
interdum damnabiliter.

D Eclarabim⁹ aūt istud delectatiōe
euidentioꝛi ac certioꝛi per diffini-
tionē eius. Qꝛ ordo est ſm ꝙ hic
de eo intendim⁹ et dicem⁹ Qꝛ oꝛdo ē san
ctitas p̄ma siue sanctificatiā qua diuino
cultui exercēdo quis sanctificatꝰ ascribitur
ꝛ qdāmmodo intitulatur ꝛ in nūero mi-
nistroꝝ eiusdem deinceps habeatꝰ intelli
gim⁹ sanctitatē primaꝫ siue sanctificatiuā
que tam in hominib⁹ sanctificatꝭ quā va
sis quā etiam tēplis nulla pollitione pec
cati. nulla inqnatōe coꝛpali ꝓphanatiōe
tollitꝰ. Aliogn vt supꝛa dixim⁹ in tractatu
de baptismo sola p̄ma pollutiōe vel scđa
ecclesie ꝯsecratiōe ꝯmitteretur sacrilegiū
cū sacrilegiū ꝯmitti n̄ possit nisi in re sacra
Non aūt remaneret sacra post pꝛimā pol
lutionē. Sꝫ per pollutionē sanctitas p cō
secratiōꝫ acquisita tolleretur. Quare nec
in eius ꝯtaminatiōe secunda cōmitteretꝰ
sacrilegiū. Quia ergo qualibet ꝯtamina-
tione simul sacrate rei ꝯmittitur sacrilegi-
um ꝙ non nisi in re sacra ꝯmitti pōt neces
sario in q̄libet ꝯtaminatiōe remanet sa-
cra res quecunqꝫ deo semel sacrata fuerit
Hanc ergo sanctitatē insepabilem p̄maꝫ
vocam⁹ quia p̄ma per ꝯsecrationē infun
ditur ꝛ p̄statur sanctificatiuā eam eandeꝫ
idcirco dixim⁹ quia per ip̄am et cum ip̄a
quemadmodū per sigillum ꝛ cū sigillo re
gio vel pōtificali tēpoꝛale ꝛ spūale bene-
ciuꝫ p̄statur. Unde ꝛ ip̄a non tā sanctitas
est quā etiam signū ꝛ caracter sanctitatis
scđe que gratia est gratū deo faciēs ꝛ ac-
ceptū ab eis q̄ ꝯtra deū sunt subiectū siue
possessoꝛem suū seoꝛsum faciēs ꝛ auertēs
deo ip̄m mancipās ꝛ adūciens ipsiqꝫ illū
adherere faciūt ꝛ vacare. Qualꝛ autem si
gnaculū ꝛ caracter p̄ma sit scđe in tracta-
tu p̄cedenti de baptismo iam dixim⁹. Qꝛ
ergo q̄dam et vasa ꝛ loca dicanda ex ne-
cessitate sunt deo ꝛ appꝛopꝛianda cultui
eiusdē ꝛ honoꝛificētie totaliter ꝑuitur ꝛ ad
alios vsus nullaten⁹ transferenda neces
sario aūt sancta optet esse ꝛ deo sanctifi-
cata q̄cunqꝫ cultui eius ꝛ honoꝛificētie ap
ꝓpriata sunt et abdica coꝛā eis ꝓphana
arcenda sunt a sanctis ac santificatꝭ eisqꝫ
nullaten⁹ admiscenda. Ip̄aqꝫ sancta sup
eminere debent lōgeqꝫ p̄eē ꝯmunib⁹ et
ꝓphanis reuerētia et honoꝛe qua ꝓpter
ꝛ vasa ꝛ loca deo sanctificata distincta de
bent esse atꝫ discreta ab alijs ꝛ hoc nō ni
si ꝓpter dei cultum ꝛ honoꝛificētiam. Cū
ergo magis maioꝛqꝫ consistat dei cultus
ꝛ honoꝛificētia ministrꝭ multofoꝛtius ne
cesse est eos esse sanctificatos dn̄o distin
ctosqꝫ esse atꝫ discretos ab alijs ꝛ hec oꝛā
vocabuli ē apta. Cū magis se sanctis im
misceant qui ip̄a sancta contrectent circū
ferent custodiūt ꝛ totaliter administrant
quā ipsa vasa vel loca sancta. Quare in
pollutione seu ꝯtaminatiōe ipsoꝛum vel
alia quelibet iniuria magis deoqꝫ odibi
lius sacrilegiū ꝯmittit quam iniuriatione
locoꝝ siue vasoꝛū et hoc quidē per se ma
nifestum est magis em̄ iniuriatur diuino
cultui maioꝛēqꝫ contumeliam deo in suo
cultu irrogat qui ministrū eius interficit
quaꝫ qui vas ministerij ꝯfringit Quēad
modum ꝯtra deum magis pꝛeliatur qui
bellatoꝛē eius vulnerat aut occidit quam
q vas belli hoc est scutū vel gladiū ledit
aut destruit. Si aūt maius sacrilegiū ma
gis sanctum est sanctitate pꝛima. Quare
necesse ministros diuini cultus et magis
sanctos eē necessariū eos hoc modo san-
ctificari N Amp̄. iam manifestū per se est
oꝛdinari nihil aliud eē quaꝫ ad diuini cul
tus ministeriū pontificali benedictiōe et
manuū impositiōe sanctificari. ergo a cō
iugatis. oꝛdinē necesse est nihil aliud esse
quā sanctificationē seu sanctitatem hmōi
pontificali ministerio imp̄ssam. Qꝫ si qs
dixerit quia nec ministrꝭ neqꝫ vasis neqꝫ
locis qdquā hmōi benedictione imp̄mitꝰ
Seqꝰ ergo vt vasa hic i nullo dr̄ñt a vasis
ꝯmūib⁹ siue foꝛme et sue materiei ꝛ qđ sā
ctitas ō q̄ loqꝰ nihil sit. Quare sacrilegiū
ſm hoc nihil erit. qꝛ hoc mō nihil sancti-
ficari poterit nihil eē sanctū cuꝫ sanctitas
nihil sit. Accidit ex hoc ex necessitate nul-
lum honoꝛē vel reuerentiā impendendū
esse vasis locis vel etiam ministris diuino
cultui deputatis et ascriptis quā in alijs
Hic autem est erroꝛ cui consulendum est
et occurendum est magis penis atqꝫ sup
plicibus quam pꝛobationibus. Reueren
tia enim et veneratio sanctoꝛū non tam
suadenda est et declaranda rationibus
quā motu et sensu supplicioꝝ ingerenda
ꝯtumacibus. Jam ergo clarū est ex hiis
que p̄cesserunt quia necesse est ꝛ oꝛdines

esse ꝛ ordinatos ꝑpter diuini cultus exhi bitionem visibilē. Et quia necesse fuit ꝛ vasa ꝛ loca sanctificari dn̄o et etiā ministros qui in locis hmōi seu templis diuino cultui deseruirent sacra vero siue sancta nec custodire vas ē nisi sacratos ꝛ scītificatos

Post hec loquemur de numero ordinū et dicemus ꝙ non nulli posuerunt nouenariū ponētes clericatū qui in p̄ma tonsura cōfertur ꝛ summū sacerdotiū siue ep̄atuꝫ extremū. Alij vo clericatū dixerunt non eē ordinē sed tantū velut milicie simplicē tytulum vt quemadmodū miles efficitur ex hoc ꝙ miles efficitur ꝑcise et simplr̄ nullū ei singulare vel speciale officium committitur Sed in generali ad hoc vt militet assumitur. nec decurio nec centurio nec ciliarchus nec dux cohortꝭ aut legionis aut exercitus cōstituitur. Sic per p̄mam tonsuram milicie clericali simplr̄ assꝯ̄ptus nō ex hoc alicuiꝰ clericalꝭ officij specialem dignitatē adipiscitur. Qui vero clericatū ordinem ponūt p̄mum dicunt huiꝰ ordinatis incūbere psallendi officium. Et ꝑpter hoc psalmistatū primum ordinē posuerūt ſm hostiariorū. Qui vero septeꝫ ordines tantū ponunt. Ep̄atum dicūt non esse ordinē sed honorē ponentes sacerdotiū ordinē eē ſꝫ duos habentē gradꝰ dignitatꝭ. Et ꝑpter hoc secūdi ordinis sacerdotꝭ id est secunde dignitatꝭ in ordine sacerdocij Sacerdotes inferiores vocati sunt. ꝛ in p̄fatione ip̄a consecratiōis ipsorū sacerdotum ita vt legitur vt cū sacerdotes sūmos regēdis populis p̄fecisses seqn̄tis ordinis viros secūde dignitatis eligens. Et est sequens expositio p̄cedentis. Ita ꝛ secūdꝰ ordo dignitatꝭ intelligatur secūda dignitas in ordine sacerdotali. Uerū ratio septenarij in ordinibus status ecclesie p̄mitiue fuit rerumq̧ sacrarū reuerentia ꝛ veneratio ꝙ in p̄mitiua ecclesia calente adhuc sanguine redēptoris ꝛ martirū ꝛ habūdasse ꝛ ferbuisse noscūt. Quapropter nullos ad custodiā ipsius loci sacri ꝛ vasorū sacroꝝ nisi p̄re sanctificatos ad hoc specialiter cōsecratos ecclesie p̄mitiue rectores et institutores apostoli scꝫ ꝛ sancti martires duxerūt admittēdos. Et hij sūt quos vocamꝰ hostiarios seu ianitores q̄rum est p̄mꝰ ordo primaq̧ dignitas hoc ē minima seu infima circa sacras res qb ꝰ diuini cultus honorificētia exterior exercetur in templis. Quia vero v̄ba vite inter sancta merito reputata sunt que etiaꝫ sanctissima in ip̄a scp̄tura vocātur scilicet Eccle. xliiij. ad recitationē eoꝝ similr̄ sanctificari specialiter ministros ꝑpos volue runt. ꝛ hij sunt quos vocauerūt lectores. Nullatenꝰ autē ꝑmittebatꝰ alijs recitare seu ꝓnunciare in ecclesia verba vite siue eloquia sacra. Duo aūt dederūt causam huic ordini vicꝫ sanctitas ip̄a verborū et edificatio populi seu eruditio. cū eīm non sit populo edificatio seu eruditio salutarꝭ nisi per verba vite. Hoc autē recitare siue annūtiare ꝑpter eorū venerandā sanctitatem non decet nisi sanctos. Sicut legitꝰ in psal. Pctōri autem dixit deus ꝛc̄. Coegit ipsa religiositas ecclesie vt sanctificaretur ad hoc minister. Deinde vo vt gratia ipiꝰ ecclesie ꝛ potestas quā a deo acceperat videlicet ambulādi sup aspidē ꝛ basiliscum ꝛ ꝯculcādi leones infernales vt virtus fidei ꝛ impiositas super potestates cōtrarias ad dei gloriā ꝛ ipsius edificationē ꝛ infidelitatis cōfutatione clarius atꝫ sublimius elucerēt voluit misericors deus aliqꝭ in ecclesia sua ea gratia p̄ditos eē vt istar p̄triarchaꝝ sanctoꝝ atꝫ celestiū dmōes cohercerent ꝛ de corporibus obsessis ꝑicerent. Istamq̧ gratiaꝫ voluit hmōi ministris pontificali benedictiōe ꝛ oratiōe p̄stari. Claruit aūt iste ordo ꝛ ordinis gratia videlicet cohercēdi ꝛ abijciendi demones sicut et aliorū miraculoꝝ chorusc̄atis in ecclesia p̄mitiua. Qꝛ ꝛ imitari voluerūt ausu temerario septeꝫ filij Seuei p̄ncipis iudeoꝝ. Sed temeraritas coꝝ ab ip̄o demone quē eijcere tentabāt duriter repssa ꝛ attrociter vindicata ē. Sicut legitꝰ Act. xviiij. Sic ne aliquis simili temeritate sacris exorcismatibꝰ demones eijcere accepraret statuit ecclesia p̄mitiua vt nisi ad hoc institutiꝫ ordinati talia nullatenꝰ p̄sumerent. Quia vo sacratissimū venerāde eucharistie. Sacramentū non decebat absq̧ ornatu ꝛ solennitate luminari celebrari que etiā non parū decoris addūt cultui ꝛ ministerio templi ꝛ decuit ꝛ oportuit vt deputarentꝰ sancti ministri ad ea accedēda ꝛ ꝑparāda. Non eīm ꝓbas erat appropinq̄re sacris altaribus maxime t̄pe q̄ tūc sacr̄m celebratꝰ nisi p̄rescitificatos Intꝰ oīa eīm que ī suba sunt tēpli visibilꝭ altare santissimū ē ꝛ lōge solēniori scītificatiōe q̄ꝫ cetera ꝯsecratꝰ misteriū ꝗ accedēdi ꝛ thurris

ficādi seu p̄ferēdi luminaria in sacro alta-
ri vel circa vel ante sacratissimā euchari-
stiā tantū dedit ordini ministroꝝ qui gre
ce acholiti latino ceroferarij vocant̄ Qui
bus etiam cōmissum est vt ampullas vi-
ni et aque diachonis siue ministris porri-
gant ad suggerendū vinum et aquā in sa
crum calicem. Ad horū ergo ministeriū
ꝑtinent pelues ⁊ mapillas ꝑparare atq̄ te
nere ad abluendas manus sacerdotis q
presto est altari. Merito ergo ista mini-
steria quibus tanto sacramēto inseruitur
vtpote sancta sanctitatē requirunt mini-
strorum. Si quis aūt querat si est vnꝰ or-
do lectorū cur non et alius psallentiū et
tercius cātorum et quartus p̄dicatorum.
Rn̄demꝰ ꝙ ecclesia p̄matiua cātus non
habuit neq̄ psalmodiā. sed simplicē solā
ꝓsaice pronūctiatiōis lectiōi psalmodia
et cantus. Postmodū causa solennitatis
et excitāde deuotiōis ampliato de corde
diuini cultus postmodū super addita sūt
Et quia eadem qua in p̄mitiua ecclesia le-
gebātur. Et eiusdē penittus sanctitatis cū
hijs q̄ modo psalluntur et decātant̄. Idē
ordo eademq̄ sanctitas necessario ꝑmā
sit in ministris. Cū em̄ per psallentiū et cā
tus nec rem nec rerū sanctitatē mutauerīt
ordinē mutare nullatenꝰ debuerūt. De p̄
dicatione vero rn̄demus q2 illa semꝑ perti
nuit ad sacerdotale officiū. Sicut legitur
Malach. ij. Labia sacerdot̄ custodiūt sci-
entiā et legem ex ore eiꝰ reqrunt. Angelꝰ
est em̄ domini exercituū et sequētes vero
tres ordies q soli anthonomasice sacri vo
cantur diachonatus et p̄sbyteriū iam nō
ex toto ad sacri altar̄ ministeriū pertinēt
ꝑtinent em̄ ad sacerdotale ministeriū. re-
citatio ap̄licarū lectionū et totius veteris
testamēti. Ad diachonale vero recitatō euā
gelicarū ꝓpter quod nō nulli opinant̄ ꝙ
ad ip̄m ꝑtineat et docere et p̄dicare euā-
geliū populo s3 ip̄a forma ordinatiōis cō
tradicit. Cū enim accipiunt textū euāgelij
de manu ep̄i non dicit̄ ei. Accipe ꝑtātem
docendi et predicādi euāgelium. Sed ac
cipe ꝑtātem legendi euāgeliū in ecclesia
dei tam ꝓ viuis quā ꝓ defunctis. In no-
mine dn̄i Ex quo magis insinuat̄ eos tūc
recipe orandi officium quam predicandi
vel docendi. Et q2 ipsa recitatio euāgelice
lectiōis magis sit oratio ad impetrandū
aliqd pro viuis ⁊ ꝓ mortuis quā ppl̄i edi
ficatio. Absurdum enim est intellectu ⁊ di
cto vt docens aut p̄dicans euangeliū do
cere intelligat̄ aut p̄dicare ꝓ viuis ac pro
mortuis Inde aūt euāgelicā recitationē
in missa orōē diciꝰ q2 ꝓpt̄ īpetrandū ma
xie fit vero q2 diachoni si eis sacra scientia
suffraget̄ de ꝯsuetudine docēt aut p̄dicāt
de institutiōe est beati petri ap̄l̄i Sicut le
git̄ in Ep̄l̄a eiusdē ad Clemētē vbi exp̄sse dicit.

Non nullis aūt visum est
ab initio diachonale fuisse offici-
um paupum ministrare mensis.
Cum em̄ apostoli necesse haberēt derelin
quere ꝓ parte verbum dei. eo ꝙ nimis oc-
cupabant eos quotidianaꝝ mensarū hu
iusmodi volentes verbo dei ⁊ orationi li
bere et q̄si solitarie vacare. Elegerūt septē
illos quorum p̄mus et p̄nceps fuit. Ste-
phanꝰ ꝓthomartir. Sicut legit̄ Act. vj.
Manifestū autem est ex ipsa ꝯsuetudine
euidētissima ecclesie diachonale officiū
totum circa missarū solēnia ꝯsistere. Pre
cipue aūt tria sunt diachonalis officij or-
dinis ministeria. Primū est euāgelice le-
ctionis recitatio vt diximꝰ. Scd̄m est pa
nis ⁊ vini ad conficiendū eucharistie mi-
nisterij oblatio seu ministratio. Illa em̄
recipit ī sacro calice ⁊ patena sacerdos de
manu diachoni. Terciū custodia ⁊ repo-
sitio ip̄ius eucharistie ⁊ vasorū sacrorum
videlicet calicis ⁊ patene corpaliū ac pal
larū Manifestū autem est qd̄ ipsa eminē
tissima sanctitas sacratissime eucharistie
cuius custodia diachoni creditur causā
dedit ordini diachonali Sctōꝝ enī custo
dia ⁊ cōtrectatio vt supra ostendimꝰ san-
tificatos ex necessario reqrebat ministros
Si em̄ ipsa luminaria ⁊ vasa ip̄orum san
titatem requirebāt in ceroferarijs seu a cho
litis que vtiq̄ nihil sanctitat̄ habent nisi
hoc quod sacris ministerijs ad ea solēni-
zandi ⁊ decorāda adhibēt̄. Quāto fortiꝰ
palle altar̄ in corpalia. Sacer calix ⁊ pa-
tena. Et deinde ip̄a sacratissima euchari-
stia sanctitatē in suis custodibꝰ ⁊ ꝯtrecta-
tionibꝰ reqrunt. Subdiachonale vero of-
ficium est panē ⁊ vinū ⁊ aquam ad ꝯficiē
dum illō ineffabile ministeriū diachono
q2 ⁊ illa porrigat sacerdoti ministrare vi-
nūq̄ ⁊ aquā post missaꝝ celebrationē ad
expalmationē manuū sacerdotaliū, ⁊ sa-
cri calicis porrigere ipsumq̄ sacrū calicē
extersum ⁊ exsubstantiatum corporalia-
q̄ plicata et pallas de manu dyacho-
ni recipere et in sacrarium reuerenter re-

p̄dicac̄o sp̄ ptinuit ad sacerdotale offi̅m

ꝑtare. Apparet ergo manifeste ex hijs et
alijs que p̄cesserunt missarū solennia al-
taris sacrificiū tribus hijs ordinibus cau
sam sue institutiōis dedisse licet sacerdo-
talem ⁊ dyaconalē ordinem multa officia
omitētur sacerdotalē vero ordinē vt dixi-
mus alij in gradus alij in species diuise-
runt Sic em̄ acholitis ampliato ⁊ decora
to cultu diuino preter officiū attendēdi et
p̄ferendi luminaria cōmissuꝫ est certū fer
re thurribulū. Similiter collectariū hoc ē
librum orationū. necnō sanctā crucem a-
quāqꝫ benedictaꝫ in ꝓcessionibus p̄ferre
Nec optuit lꝫ ista oīa sacra sint ꝓpt̄ eoꝝ
contrectationē siue ministeriū nouos mi-
nistros ordinare siue sanctificare Sic ⁊ di
aconibus ⁊ subdiachonibꝯ positū ē onꝯ
cantandi ⁊ psallēdi sacrasqꝫ reliquias in
ꝓcessionibus deferendi eosqꝫ deoculan-
das interdū fidelibus exhibendi. Postq̄ꝫ
em̄ diaconibꝯ cōtrectatio repositio et cu-
stodia sacratissime eucharistie tradite sūt
⁊ concesse omniū aliorū que longe mino
ris sctitatis sunt ꝯtrectatio ⁊ exhibitio me
rito intelligit̄ nō esse ꝓhibita quin potiꝯ
cū decore ac necessitas diuini cultus hoc
exigit necesse eis intelligant̄ esse non tam
concesse q̄ꝫ etiam imposite et iniūcte. Sic
cum sanctorū luminariū accensio totūqꝫ
eorundē ministeriū ad acholitos ꝑtineat
eo ipsa similia ac minora sacri ministerij
vasa ꝯtrectare portare et exhibere merito
ad eosdē aspectare nr̄is autē temporibus
etiam p̄mam solā tonsuraꝫ habētibꝯ etiā
talia facere iniungit̄. Sed hoc dispensati
ue tantū ⁊ non secundū institutionē ac re
gulam ecclesie p̄mitiue in qua tanto faci-
lius statuta patrum seruari poterāt quan
to minor erat in eo fideliū multitudo vbi
ꝓpter miraculoꝝ chorusantiā ⁊ sanctita
tis exemplorū euidentiā et deuotio subdi
torū erat feruentior ⁊ obediētia ꝓmptior

Quoniā āt sacerdotali ordini ma-
xime contradictū est ⁊ adhuc con
tradicitur ab hereticis maximeqꝫ
virtutē eius ac potestatē euacuare penitꝯ
⁊ de medio auferre contendūt ipsum la-
cius ꝑsequi nos oportet calumniasqꝫ eo-
rum refellere virtutesqꝫ ⁊ vtilitates tam sa
cri ordinis tāqꝫ venerandi ministerij ꝓut
desursuꝫ nobis donabit̄ stabilire. Et qm̄
iam clarū est necessario debere eē cultum
diuinū ⁊ honorificentiā. vtpote humane
vite perfectionē vnicam ac decus singula
re exactissimū ac districtissime obligatio
nis debitūqꝫ auctori suo deo obnoxiuꝫ ⁊
totum genꝯ humanū ⁊ debitum tota ho
minū vniuersitas cōfitetur Nulla em̄ est
natio adeo barbara adeoqꝫ īdocta adeo
ue indomita que cultum diuinū iuxta in
tentionē suam nō exerceat ⁊ que aut deū
verum ab ipso in hoc illuminata aut ali-
quid aliud pro ipō. hoc est vice ⁊ loco ipi
us seducta et execrabiliter errās nō colat
diuini cultus contradictio non tā ꝓbatio
nibus retundēda est q̄ꝫ et exterminanda
supplicijs quod ⁊ omnis natio iuxta ⁊ in
tentionem suā vel rectam vel erroneaꝫ vt
diximus facit nulla em̄ est natio que ritus
sui ac religionis cōtradictores ⁊ rebelles
gladio et igne non ꝑsequat̄. Propter in
quā hanc causaꝫ non optet nos laborare
instabiliendo diuino cultu quē oīs na-
tio vniuersaliter confitetur ⁊ iuxta inten-
tionem suā vel opinionē vt diximꝯ velut
distinctissimū debitū ab iniquis debitori
bus ꝓ viribus exigit ⁊ extorquet. Uerum
aūt dei cultū ipsiqꝫ solū acceptū ac remu-
nerabilē ipō auctore alibi statuere in alio
tractatu disponimꝯ. Hic vero ꝑtes diuini
cultus narrabimꝯ tm̄ ⁊ enūerabimꝯ nar-
ratione ⁊ nūeratione adeo euidenti vt ꝓ
batione non egeant. Huius ergo p̄ma ꝑs
est adoratio secūda collaudatio cum par
tibus suis que sunt gratiarū actio benedi
ctio ⁊ glorificatio. Tertia est interpellatio
que ꝓprie est intercessio ꝓ alijs. Quarta
est sacrificatio. Quinta sacramētatio hoc
ē sacrificatio siue iniciatio aliorū. Sexta
est purificatio ꝓpria. Septima ē solenni
zatio seu festiuatio. Huius tres sunt par-
tes ꝓprie videlicet apparatus ministroꝝ
ornatus tēpli siue in parte siue in toto sa-
crorū cantionū ⁊ laudum celebritas. Qz
vero supra ostendimꝯ necessariū fuisse mi
nistros eē q sacro cultui inseruirēt ⁊ huiꝯ
mōi mīstros spūali ac ꝓpa significatiōe
ꝓpter ipm̄ cultuꝫ debere eē p̄ditos. Ma
nifestum est consequēs vt sanctiori parti
diuini cultus addicti et aꝓpriati ministri
maiori sanctitati prediti sunt. Euidens āt
est per se interpellationē sacrificationem
et sacramentationē longe sanctiores esse
sublimioresqꝫ ministerij ceteris quattuor
temporibus oībusqꝫ inferioruꝫ ordinū
ministerijs. Quare necesse est tantofor-
tius ministros esse spirituales ⁊ aꝓpria-
tos hijs misterijs tātoqꝫ maiori sanctitati

preditos quāta ista officia ceteris antecel
lunt. Amp̄. si necesse fuit qđ causis tē-
poralibus oppressos in eis ac reos aduo
catos habere iuris qꝫ secularis ꝑitos qui
eas agerent quāto fortius ꝓ causis spūa-
libus necesse est ⁊ oppssos aduocatos ha
bere celestis iuris peritos q eas agant co
ram iudice viuorū ⁊ mortuorū deo. Am
plius cōsulendū fuit impicie ⁊ simplicita
ti comunitatꝭ hominū in causis animarū
suaruꝫ cū ipsi eos agere aut nescirent aut
nequirent officioꝝ suorum ⁊ artificioꝝ oc
cupationibus p̄pediti ventilationē auteꝫ
causarū nō pōt consuli nisi ꝑ aduocatos
nec in genere tꝑalium nec in genere spūa
lium. Necesse ergo fuit ꝓuideri ⁊ institui
huiꝰ aduocatos. Amp̄. si p̄nceps rei pub
lice tꝑalꝭ ꝓuidit reipublice sue ⁊ adiutorio
seu ꝯsistorio ne decēnt ei q ꝓ reis ⁊ opp̄s
sis oībusqꝫ in digētibꝰ īterpellarēt Qn̄to
fortiꝰ p̄nceps vniuersitatꝭ atqꝫ p̄cipiū ōs
voluit spūales aduocatos deeē curie sue
consistorio. Quicqd enim ꝑfectionis lau
dādeqꝫ ordinatiōis in republica tēpora-
li. In regnoꝝ quoqꝫ temporaliū apparet
aut īuenit aspersio ꝑ modica ē ac silitudo
ꝑtenuis ac pene vmbratilis ꝑfectionis et
ordinatōis reipublice spūalis cui īmedia
te ac per semetip̄m preest dispositor ac gu
bernator deꝰ. Jam ergo clarū est ex hꝫs
causas animaꝝ hūanarū aduocatos ac
interpellatores habere debere quorū sit
officiuꝫ publicū interpellādi ꝓ animabꝰ
et in causis earū conuenīēs ac necessario
prestare patrociniū. Si quis autē dixerit
ꝙ ipsa gratia sanctitatꝭ melius ⁊ efficatiꝰ
interpellat ꝓ animabꝰ quā hmōi publi-
ce functionis officio. R̄n̄demꝰ ꝙ in spūa-
li re publica neutrū deesse debuit. Hoc ē
nec interpellādi officiū qđ debito nc̄citatꝭ
impēderetur nec beniuolētie ⁊ mi̇atiōis
gratia q̄ viros sanctos ac dei amicos ꝓ
fratribus orare faceret. Hoc em̄ ⁊ in ma-
gnatum curijs inuenit Jnueniūtur em̄ ⁊
viri misericordes q ꝓ miseris supplicent
magnatibꝰ affectu ꝯpassionis. Jnueniū-
tur ⁊ aduocati qui causas eorū agant offi
cio publice functiōis. Amp̄. aliud ē in
terpellare vt amicū siue beniuolū ⁊ inuiti
gratie ꝓprie sanctitatis. Aliud ē interpel-
lare vt nunciū ⁊ preces interpellationis q̄
offerre aliene vt ita dicāꝰ charitatꝭ. Jllō
enim primū omniū est ⁊ singuloꝝ sancto
rum. Jstud aūt ꝓp̄um ē sacerdotū ex of-
ficio quippe sacerdotali. Sacerdos non
p̄ces suas sed supplicatiōes ecclesie vt eiꝰ
ad deum inter nūctius ⁊ mediator. ⁊ sicut
aduocatus non iura sua vel statuta alle-
gat. sꝫ aliena ⁊ verba eius cui patrociniū
p̄stat in ore gestat. Sic sacerdos ex officio
publice interpellatiōis v̄ba ecclesie ⁊ ora
tiōis in ore gestat ⁊ eas quodāmodo ore
suo patre mi̇icordiaꝝ offert vel porrigat
audiendas ex parte ecclesie sue. Et atten
de diligenter ꝙ istud est ꝙ fecit errare he
reticos circa istud sacerdotale officiuꝫ scꝫ
interpellādi non em̄ attendebāt ꝙ sacer-
dos ex officio sacerdotali p̄ces ecclesie nō
suas offert. Et ꝓpter hoc interpellationē
malorū sacerdotū irritā ⁊ nullā dicebant
Et orōnes ex ore eorū nullatenꝰ exaudiri
Sumentes occasionē ex verbo illo quod
legit Johan. ix. Peccatores deus nō au-
dit quo magna cecitate abusi sunt. Jlle
enim ꝓp̄e auditur cuiꝰ desideriū imple-
tur ⁊ exauditur oratio. Oratio quā v̄o ge
stat ore sacerdos et deo offert ac porrigit
